(2

BIBLIOTHECAE
SCRIPTORUM
SOCIETATIS JESU
SUPPLEMENTA.



SUPPLEMENTUM ALTERUM.

ROMAE MDCCCXVI.
APUD FRANCISUM BOURLIÉ.

SUPERIORUM PERMISSU.

MONITUM.

Primum supplementum edi coeptum anno 1814 gradum iam fecerat ad partem minime exiguam elogii Francisci Antonii Zaccaria, cum die ante festum Apostolorum Petri, et Pauli secundo anni insequentis 1815 acutissimo vitro dexter mihi carpus fuit adeo diriter confossus, ut quarta a vulnere die tota manus usque ad humerum monstrose intumuerit. Cum vero de gangraena quae in pectus ingrueret, vehementer timeretur, sanies purulenta consulto variis medicamentis excitata, cultro ter praecidente, ad libras 20, et amplius defluxit. Hac tanta succorum jactura, exsiccatam fuisse manum, paralysique laborare non est mirandum. Et si melinscule mihi est; non eo tamen vires provectae sunt, ut Sacrum obire valeam hoc mense Junio an. 1816. En optime Lector rationem editionis morarum.

*In hoc altero Supplemento praeter illos Scriptores quos laudo, et consulto in primo omissos feci nonnulla adjicio de Supplementi primi Scriptoribus hoc asterisco * exprimendis, vel mea industria inventa, vel ex Clariss. Francisco Gusta desumpta, cujus manuscriptum de Jesuitarum Scriptis post extinctionem Societatis Neapoli Romam ad me misit eruditissimus Joannes Andres hoc ipso an. 1816, mense Maio. Illo tamen utor caute, cum non desint, licet Gusta nimiopere summatim scribat, emendanda plura. Unum tantum exemplum profero. Jesuitam Gusta facit Philippum Timotei, Auctorem elegantis operis* De Jurisconsulto *ex officina Giunchiana Romae 1790, Scriptorem etiam* De Vita, et gestis Napoleonis. *Romae 1810. Romanus iste Scriptor et Advocatus est in vivis hoc anno 1816, uxoratus, et virente etiam aetate. Jesuita vero fuit ejus Patruus Philippus Timotei natus an. 1726, qui an. 1772 degebat in Collegio Romano Templi Praefectura, aliisque muneribus decoratus. Utar inquam, dum locus moneat, quin me vadem faciam pro veritate dictorum.*

Reliqua Supplementa, quae neque pauca, neque exigua sunt, quam primum praelo subjicientur festinantibus priorum Supplementorum emptoribus, qui non patiantur me tanto labore pressum aere quoque alieno premi. In illis Veteres Scriptores recentissimis adjungam: novaque de Bellarmino, Suarezio, Azorio, Valentia, Mariana, aliisque Jesuiticae litteraturae proceribus afferam, quae bibliographiae studiosis spero utilia, jucundaque fore.

Nonnullus aspero ingenio flagitator me tot, tantisque investigationibus defesso minime contentus Auctorum scripta vellet secundum temporum rationem describi. Nimis dura postulatio: quam pro nihilo duxit Cl. Andreas Rubbi in Parnasso Italiano; *et merito; praesertim cum nonnulli sint Auctores qui v. g. de eodem opere volumen secundum ediderunt interjecto duorum, ac trium annorum spatio, aliisque scriptis ab editione primi voluminis; quod est deprehendere in Zaccaria, cujus I. tomus* Bibliothecae Ritualis *editus est an. 1776; tomi vero II. pars altera an. 1781. Quae non dicam magna, sed neque mediocris utilitas tibi venit a tam rigida bibliochronotaxi, tanta cum Bibliotecographi molestia? Doleas potius te precor tantam in his supplementis scribendis infinitam pene sine ullo fortasse emolumento defatigationem.*

A

* Abad Didaco Josepho Gusta tribuit haec m ss. = *Algebrae compendium* = *Tractatum de cognitione Dei* = *Geographiam Hydrographicam* = *Interpretationem hispanicam Æneidos Virgilianae*.

Aguirre Raymundus pervetusto, nobilissimoqne genere Comitum de Ayanz cognatione Hispaniae Grandium stirpi adnexo, Tudelae in Navarra n. 11 Jan. 1730, Soc. ac. in Prov. Castellana 17 Ap. 1745, v. 4 nunc. 2 Feb. 1764. Pompeiopoli Theologiam de moribus interpretabatur, cum exulatum cum reliquis in Italiam ivit. Renascenti in Neapolitano Regno Societati se addixit. Absoluta Urbevetani Collegii praefectura, quam humanissime gessit, Romam advenit, et in Probationis domo obiit 18 Feb. 1816. Op.. = *Oratio funebris* (hispanice) in Exequiis Elisabethae Farnesiae Philippi V. Hispaniarum Regis Uxoris solemniter a Pompeiopolitano gravissimo Senatu celebratis, cujus jussu, ac sumptu oratio typis vulgata fuit = *Quintus Curtius cum notis hispanicis ad usum Juventutis*. Villagarciae typis Collegii S. J. Vertit etiam hispanice duos illos libros quos doctissimus Freinshemius pro Curtii deperditis elaboravit. Plures reliquit m ss. adnotationes ad causam Palafoxianam pertinentes, quae spissum volumen, si ederentur, conficerent.

Aylmer Carolus natione Hibernus, in Anglia Soc. ac. et tyrocinium posuit prope Londinum. Cum quatuor aliis sociis Scholasticis Panormum transmisit, ut studiis Philosophiae, ac Theologiae summam manum adhiberet. His absolutis in Patriam cum iisdem 4 sociis remeavit an. 1814, Juventuti Hibernae moribus, et doctrina instituendae operam daturus. Op. = *A short explanation of the principal articles of the Catholic Faith*. Ex Typographia Regia. Panormi 1812 in 12. Capitibus undecim brevi, et perspicuo dialogo explicantur praecipua Mysteria et praecepta Christianae Religionis sine Auctoris nomine = *The devout Christians daily Companion, being a selection of pious Exercises for the use of Catholics*. (Quotidianus piorum Christianorum comes, sive selectae piae exercitationes in Catholicorum usum). Panormi ex typographia Regia 1812 in 12: sine auctoris nomine.

Alter Franciscus Carolus Engelsbergae tenui Silesiae Superioris Urbe ad Principatum Troppaviae pertinente natus 27 Januarii 1749, Soc. ac. in Prov. Bohemiae an. 1766; in cujus Pragensi Collegio ad S. Clementem an. 1772 historiam, et linguas Graecam, et Hebraicam repetebat. Extincta Societate diffusa per universam Germaniam ingenii, industriae, ac doctrinae Alterii fama insignibus Philosophiae Doctoris in Universitate Viennensi fuit decoratus, renuntiatusque ejusdem Universitatis Bibliothecae custos, ac publicus linguae graecae Professor. Multarum linguarum etiam exoticarum peritiae tantam adjunxit in omni doctrinarum genere eruditionem, ut ore pleno insignem jure possis polyglotton, ac polyistorem praedicare. Opera = *Ueber Tagalische Sprache*. (De lingua Tagalica, qua utuntur plurimi indigenae Philippinarum) Viennae. Austriae per Joannem Thomam Trattnern 1803 in 8. Absoluta hae de lingua tagalica diatriba incipit a pagina 160 Articulus quartus (Vierter Nachtrag) in quo ni fallor (libro mihi deperdito) recensentur aliae Alterii Elucubrationes: quas mox referam, desumptas ex indiculo m ss., quem Cl. Joannes Andres Romam ad me Neapoli misit = *Testamentum graecum ad Codices Vindobonenses graecos expressum cum variis lectionibus add. Francisci Caroli Alter*. Volum. 2 in 8 Vindobonae 1787: ex Catalogue des livres latins, et grecs ... chez B. Cormon, et Blanc. Quae insecuntur Opera describo iisdem verbis indiculi Andresiani. = Prospectus variarum editionum graecorum et latinorum classicorum ex Anglico Eduardi Harvood, in linguam germanicam versus.

Viennae 1778 in 8 = Notitiae bibliographicae de variis editionibus orientalium biblicorum textuum, et Ecclesiae Patrum. Viennae 1779 in 8 = Platonis Dialogi IV. Meno, Alcibiades, Phaedo, Phoedrus, graece ad editionem Henrici Stephani expressi. Viennae 1784 = Thucydidis de bello Peloponensi libri VIII. graece ad editionem Dukeri expressi. Viennae 1785 in 8. = Lisiae quae extant ad Codicem Vindobonensem historicum LXVII graece expressa. Viennae 1785 in 8 = M. Tullii Ciceronis quaestiones academicae, tusculanae de finibus bonorum, et malorum, et de fato, ad editionem Gronovii. Viennae 1786 in 8 = Titi Lucretii Cari de rerum natura libri VI. ad Codicem Vindobonensem CXLVIII. expressi. Viennae 1787 in 8 = Novum testamentum ad Codicem Vindobonensem XXIII. graece expressum. Vol. II. Viennae 1787 in 8. In fine habetur sylva lectionum variarum ex Codicib. Caesareis graecis, latinis, slavonicis = Homeri Illias ad Codicem Vindobonensem CXLVIII. graece expressa 1789 in 8. Viennae. = Homeri Illias ad Homeri editionem Vindobonensem latine expressa. Viennae 1790 in 8. In fine habentur lectiones variae ex Cod. Vindobonen. = Homeri Odyssea graece novis curis expressa. Accedit Batrachomyomachia, Hymni, caeteraque Poemata Homero vulgo tributa cum varietate lectionis ex Codicibus Vindobonensibus. Viennae 1794 in 8 = Fragmenta Marci juxta versionem antiquam Antehieronymianam cum descriptione summaria Codicis Caesarei purpurei aurei argentei, quo continentur fragmenta latina Lucae, et Marci juxta versionem antiquam latinam Antehieronymianam: in parte 3 novi Repertorii pro biblica et orientali litteratura, editore Professore Henrico Eberhardo Paulus. Jenae 1791. = Super locum I. Timothei III. 16: in parte 3 novi Repertorii pro biblica et orientali litteratura, editore Professore Henrico Eberhardo Paulus. Jenae 1791. = De orientali et biblica litteratura Vindobonae: in parte 3. Memorabilium, editore Professore Henrico Eberhardo Paulus. Lipsiae 1792. = De quibusdam mss. biblico orientalibus codicibus Comitis de Schwackheim in bibliotheca palatina Vindobonensi adservatis: in 5 parte Memorabilium editore Professore Henrico Eberhardo Paulus. Lipsiae 1793 = De Codice m ss. Armeniaco N. 3268, quo Psalterium Armen. etc. continetur: in parte 5. Memorabilium, editore Prof. Henrico Eberhardo Paulus. Lipsiae 1793 = De loco critico I. Joann. v. 7 ex Codice Armeniaco. N. 3274: in parte 5. Memorabilium editore Prof. Henrico Eberhardo Paulus. Lipsiae 1793 = De arabica editione Psalterii Vindobonensis apud Kurzbeck fol. 1792: in parte 5. Memorabilium editore Henrico Eberhardo Paulus. Lipsiae 1793. = Miscellaneae observationes de Anthimo Patriarcha Hierosolymitano, de anglosaxonicae versionis archetypo, de abbate Petro Meghitar, de criteriis Constantinopolitanae editionis Bibliorum Armeniacorum super lucam Marci XVI. 9 et Joh. XXI. juxta armeniacam versionem de Chaldaeis, Drusis: in parte 6. Memorabilium editore Prof. Henrico Eberhardo Paulus. Lipsiae 1794. Cogitanti parantique iam Roberto Holmes nobili linguarum Orientalium Professori praeclaram Oxonii editionem Versionis LXX. suppetias Alter afferre intendit exhibitis codicibus graecis, et versionibus Armeniacis, quarum una m ss. extat in Codice m ss. Armeniaco, cui est inscriptus Numerus 3270; altera Venetiis edita an. 1733; quibus adjiciet versionem Slavicam, et denique illam Moschuae Russorum editam.

Ambrogi Antonius Maria Florentiae n. 13 Jun. 1713, Soc. ac. in Provin. Romana 31 Octob. 1729 v. 4 nunc. 2 Feb. 1747. Obiit Romae in Domo quae fuit nostrorum Professorum 1788. Amaenioribus litteris, si quis alius excultissimus, illas Rhetoricam scilicet ac Poeticam Romano in Collegio triginta

fere annos summa cum opinione docuit. Carus fuit omnibus propterea quod, occupationes litterariae nihil eum detorserunt a proximis omni beneficiorum genere juvandis. Op. = Omnia Virgilii opera versu italico convertit, et simul cum latino, subjectisque notis edidit Romae tribus tomis in fol. maximo an. 1763 ad 1765, sumptus praebente celebri et ingentis animi Bibliopola Venantio Monaldini, qui neglexit nihil, ut editio et formarum pulcritudine, chartae amplitudine, et expressis iconibus decorum inter praestantissimas locum haberet. Praeclarissimi duo viri Michael Angelus Giacomelli Pontifici Romano a brevibus epistolis ad Principes, et Benedictus Stay eidem quoque Pontifici ad epistolis latinis omni litterarum genere excellentes hanc versionem Ambrogii Superiorum jussu expendentes, summis laudibus cumularunt. Allocutio Ambrogii ad Lectorem eruditione magna splendet; in illa dicitur Nicolaum Stigliola S. J. sumpto nomine anagrammatico *Gian Cola Sitillo*, lepidum, acutum, et accuratum interpretem fuisse Virgilii in versione sic inscripta *Virgilio tradotto nel linguaggio popolare Napoletano*. Antecedit etiam erudita oppido dissertatio Francisci Schmitz S. J. inscripta *P. Virgilii Maronis Bucolica cum Theocriti Idylliis comparata*. Dicta allocutio, dissertatio, et approbationes desunt primae editioni factae Romae in 12. per Generosum Salomoni anno 1758 ad 62 = *Le tragedie del Sig. Voltaire addattate ad uso del teatro Italiano* (Tragoediae Voltairei in usum teatri Italici redactae) tom. II. in 12. Florentiae 1752; continet has tragoedias *Zaira*: *Mahometus*: *Junius Brutus*: *Caesaris mors*: *Marianne*: *Merops*; *Semiramis*, *et Alzira*, quae seorsum primum edita fuit Florentiae 1749 apud Andream Bonducci = *In electione Josephi II. Romanorum Regis*, *Oratio*. Romae typis Salomoniis 1764 in 4. = *Lettere del Padre Gianjacopo Scheffmacher etc.* Venetiis apud Remondini 1757. Est versio ex gallico Nostri Joannis Jacobi Scheffmacher, qui his egregiis litteris haereticos postravit = *Ragguaglio istorico della vita, virtù, e morte del P. Marcello Francesco Mastrilli* (Narratio historica vitae etc. Marcelli) Florentiae per Joan. Baptis. Stecchi 1749 = *Poemata latina Caroli Noceti S. J. de Iride, et de Aurora Boreali* vertit italice titulo *L'iride e l'Aurora Boreale etc.* Florentiae 1754 = *La realtà del Progetto di Borgo Fontana etc.* (De Consiliis Bourgofontanis reapse habitis). Est interpretatio libri gallice scripti titulo *Le Projet de Bourgofontaine*, quae jussu Clementis XIII. ad aeternum Jansenistarum vituperium edita fuit Romae, deinde Assisii, Luccae, et denique Venetiis per Franciscum Andreola 1799. = *Historiam Pelagianismi*, quam Noster Patovillet gallice scripserat italicam fecit. = Duobus voluminibus in fol. illustravit *Musaeum Kircherianum*, cujus plures annos custos fuit. = *Le Lettere scelte di M. T. Cicerone tradotte nell'italiano col suo testo latino accanto* 1780: Romae typis Joannis Zempel: iterum Venetiis per Remondinium 1800 = Reliquit m ss. poema *de Citrorum cultura*: quod laudat Zamagna noster in *Echo*.

* Andres Joannes = *De commentarj d'Eustazio sopra Omero, e de' traduttori di essi* fol. tacitis typographo, loco quem Neapolim puto, et anno meo judicio 1815, quo eruditissimus auctor, et mirabiliter actuosus 75um aetatis annum explevit. = *Illustrazione di una carta geografica del 1455 e delle notizie, che in quel tempo aveansi dell' Antillia* in fol. tacitis typographo, anno, et loco, ut in praecedenti opere, sed iisdem typis. Ostenditur maxime ex charta geographica Bartholomaei de Pareto ab eodem descripta anno 1455 insulas Antillas ante Columbi navigationem Europaeis fuisse cognitas. Pag. 3 affert descriptionem atlantis hydrographici confecti anno 1318 a Petro Visconti, qui asservatur in Bibliotheca Caesarea Viennen-

si, confectam a nostro Michaele Denis.

Angiolini Caietanus Placentiae n. 27 Nov. 1748, Soc. ac. in Prov. Veneta 17 Oct. 1765 v. 4 n. 15 Aug. 1785. Exeunte anno 1772, Grammaticam latinam tradebat in Collegio Ferrariensi. Extincta Societate iter in Rossiacum Imperium maturavit Jesuitis in eodem conservatis adiungendus. Restituta in Regnum Neapolitanum Societate, Italiam advenit tantum opus executurus Sociorum omnium Praefectus. E Panormo Romam transmisit anno 1814; nunc que degit in Romana S. J. Professorum domo Consultoris Rituum munere ab Immortali Pio VII. honestatus. Opera = *Guida sicura al Cielo o sia Esercizj di pietà Cristiana proposti a' Cattolici di Pietroburgo divisa in due parti*. (Ductor certissimus ad coelum etc.). Petropoli typis Imperialibus 1803. Optimae frugis opus, et ad mores corrigendos, et piam vitae consuetudinem rite instituendam accommodatissimum.

Angiolini Franciscus Cajetani germanus Frater Placentiae 17 Maii 1750. Soc. ac. in Prov. Veneta ac. 17 Octobris 1765. Bononiae Phisicae addicendae operam dabat 1770: et 1772 Mutinae linguam latinam profitebatur. Societate extincta Poloniam penetravit. Obiit Polosiae ante annum 1805. Opera = *Annotationes* italice in Opera Flavii Josephi etrusco sermone conversa, et Romae edita per Desiderj 1792: tomi VI. in 4 = *Eletra*; *Edipo*; *Antigone*, *Tragedie di Sofocle etc.* Romae per Aloysium Perego Salvioni 1782 in 8. Sunt 3 Sofoclis ex Graeco Tragoediae italice reddita una cum *Cyclope* Euripidis. In operis calce extant varia Angiolini poemata latina, italica, graeca, et hebraica. His addit Gusta = *Grammatica linguae Polonae*. = *Historia Societatis in Russia* m ss.

* Aponte Emmanuelis laudationem funebr. sermone italico in ejusd. exequiis quas Discipuli celebrarunt, dixit, atque edidit Bononiae 1816 typis Josephi Lucchesini eloquentissimus Orator Pacificus Deani a Brixia, quem Populus Romanus non semel magna raptus admiratione auscultare properabat. Hoc pio, et eleganti officio Cl. Pacificus suum Magistrum Apontem fuit amanter prosecutus. Sub laudationis finem extant insignes oppido inscriptiones latinae, ex quibus hanc unam exscribo in Caemeterio Bononiensi positam.

A. ☧. Ω.

Emmanueli Michaelis F. Rodriguez. Aponte ex Castella. nova. Domo. Oropesa. Hic. natus. A. XV. Parentibus. orbatus. patrimonio. in. alimenta. pauperum. distributo. Societati. Jesu. nomen. dedit. sacras. ad. Indos. expeditiones. annos. XV. obivit. leges. Ecclesiae. explicuit. exul. cum. Sodalibus. in. Italiam. missus. solemnia. vota. nuncupavit. Societate. per. Clementem. XIIII. P. M. dissoluta. totum. se. litteris. dedit. In. Archigymnasio. Bononiensi. linguam. graecam. docuit. ob. novam. ejus. tradendae. rationem. plurimam. vel. apud. exteros. famam. indeptus. a. viris. eruditissimis. incolis. advenis. que. doctrinae. et honoris. caussa. domi. invisus. est. adolescentibus. artibus. optimis. et. pietate. informandis. egregiam. navavit. operam. enituit. religione. in. Deum. Mariam. Virginem. Matrem. impense. coluit. egestatem. miserorum. omni: ope. sublevavit. cunctos. singulari. comitate. excepit. in. Societatem. per. Pium. VII. P. M. restitutam. iterum. cooptatus. paralysim. qua. manuum. ac. linguae. usu. caruit. menses. V. forti. hilarique. animo. pertulit. Sacrosancta. Evangelia. graece. conscripta. quae. semper. in. corde. gesserat. post. mortem. suo. pectori. sanctorum. exemplo. imponi. jussit. Agens. a. LXXVIIII. moeror. et. luctus. amicorum. et. civitatis. universae. placidissimo. exitu. discessit. X. K. Decembr. A. M. D. C. C. C. X. V. Clotilda. Tambronia. Doctrix. Emeri-

ta . Archigymnasii . Magistro . Benemerentissimo . F . C .

* Arevalo Faustinus eruditam epistolam hispanice scriptam ab Andrea Burriel S.J. de nova editione operum D. Isidori Hispalensis latine est interpretatus , quam interpretationem inseruit Isidorianis , sive prolegomenis in editionem operum S. Isidori parte prima cap. 40 . Vide *Zaccaria Franciscus Antonius* . = Officium quoque ac Missam quam pie , et aptissime ordinavit in honorem Deiparae appellatae *Auxilium Christianorum* Arevali sunt Oratio , lectio 6 et duo hymni , quos aequum censeo excribere ; cum hoc festum ab immortalio Pio VII. hoc an. 1816 pro sua tantum ditione Pontificia sit institutum , ac lector judicium ferat de hymnographi concinnitate cum pietate conjuncta

HYMNUS

Ad Vesperas , et Matutinum

Saepe dum Christi populus cruentis
Hostis infensi premeretur armis ,
Venit adjutrix pia Virgo coelo
Lapsa sereno .
Prisca sic Patrum monumenta narrant ,
Templa testantur spoliis opimis
Clara , votivo repetita cultu
Festa quotannis .
En novi grates liceat Mariae
Cantici laetis modulis referre
Pro novis donis , resonante plausu
Urbis , et Orbis .
O ! dies felix , memoranda fastis
Qua Petri Sedes Fidei Magistrum
Triste post lustrum reducem beata
Sorte recepit .
Virgines castae , puerique puri ,
Gestiens clerus , populusque grato
Corde Reginae celebrare coeli
Munera certent .
Virginum Virgo , benedicta Jesu
Mater, haec ange bona; fac, precamur,
Ut Gregem Pastor Pius ad salutis
Pascua ducat .
Te per aeternos veneremur annos ,
Trinitas , summo celebranda plausu ,
Te fide mentes , resonoque linguae
Carmine laudent .

AD LAUDES

HYMNUS

Te Redemptoris , Dominique Nostri
Dicimus matrem , speciosa Virgo ,
Christianorum decus , et levamen
Rebus in arctis .
Saeviant portae licet inferorum ,
Hostis antiquus fremat , et minaces ,
Ut Deo sacrum populetur agmen ,
Suscitet iras .
Nil truces possunt furiae nocere
Mentibus castis , prece quas vocata
Annuens Virgo fovet , et superno
Robore firmat .
Tanta si nobis faveat Patrona
Bellici cessat sceleris tumultus ,
Mille sternuntur , fugiuntve turmae
Mille cohortes .
Tollit ut sancta caput in Sione
Turris , arx firmo fabricata muro ,
Civitas David , clypeis , et acri
Milite tuta .
Virgo sic fortis Domini potenti
Dextera , coeli cumulata donis ,
A piis longe famulis repellit
Daemonis ictus .
Te per aeternos veneremur annos
Trinitas , summo celebranda plausu ,
Te fide mentes resonoque linguae
Carmine laudent .

Inter Arevali laudatores summum locum obtinet Michael Cardinalis de Petro Major Poenitentiarius et idem Theologorum Romanorum Princeps in litteris ad Faustinum Arevalo charta Pergamena exaratis idibus Aug. 1814 ab eodem Cardinali subscriptis , et cum subscriptionibus etiam Joan. Bap. Zauli S. P. Sigillatoris , M. Trincia S. P. Secretarii, et Francisci Cancellieri , Prosigillatoris , quibus cum in Theologum Poenitentieriae recipit , ait Theologum esse Arevalum *eminentis doctrinae* , *et virtutum*

meritis insignitum. De eodem Josephus Airenti ex Praed. Ordine Bibliothecae Casanatensi Praefectus vir numeris omnibus eruditus in suo critico judicio inscripto *Osservazioni ... sopra la tavola Peutingeriana*. Romae 1809 ita pronuntiat pag. 5. *Verissime confitendum est magno fuisse Reipublicae Litterariae detrimento Faustinum Arevalo, cui bonarum artium studiosi plurimum debent ob varias Auctorum antiquorum Auctorum editiones, illam etiam optimam post Arntzenium Sedulii operum, minime cognovisse* (Reor cognovisse quidem, sed id consulto neglexisse nonnullis permotum rationibus) *Me ermannum tribuisse Sedulio Epigramma* 115 *Anthologiae*. Alibi etiam, pag. 7 Airentius Arevalum virum doctum dicit. Cum Ferdinandus VII. suam beneficam in Jesuitas voluntatem expressissime declarasset, cupiens eos in Hispaniam patriis juribus integre restitutis quam mox revocari, illico benefico Regi morem gerens, nuncio dato honorifico muneri Theologi Pontificii Poenitentiariae, iter in Hispaniam arripuit die 25 Sep. 1815, invitis fere non solum Cardinale di Pietro Poenitentiario, sed ipso etiam Pio VII. P. M. dolentibus summopere tanto Theologo Romam orbari. Nunc (an. 1816) degit in Lojolae Collegio pro sua in Societatis Institutorem pietate.

Arteaga (Catalogus Toletanus ineunte an. 1765 bis illum vocat Artiaga) Stephanus, Turolii ni fallor in Aragonia n. 26 Dec. 1747, Soc. ac. in Prov. Toletana 23 Sep. 1763. Parisiis obiit post 1800. Acri ingenio fuit, eruditione non vulgari, et elegantia sermonis italici commendandus. Socium eum dixit Academia Patavina scientiarum, artium etc. Opera = *Le rivoluzioni del teatro musicale Italiano dalla sua origine fino al presente etc.* Venetiis 1785 tribus tomis in 8; typis Caroli Palese. Primum tomum antea ediderat Bononiae, sed incommodo, nescio quo interveniente, Venetos typographos adiit. Opus ob styli nitorem, ac rerum novarum eruditionem summopere celebratum; in cujus capite quarto agit de magnis adjumentis, quae pro Musica perficienda Italis praebuerunt Exteri Musici: inter quos commemorat Benedictum Ramos Pereira, sive Pareja, qui anno 1482 relicta Salmantica invitante Nicolao V. Papa Cathedram Musices Bononiae non adeo pridem erectam obtinuit, volumineque (quod rarissimum est) errores Guidonis Aretini aperuit tota Italia plaudente. Laudat etiam eodem capite Petrum de Ureña Monacum Hispanum in Italia anno 1520 commorantem, qui ad syllabas musicas, Ut, Re, Mi, Fa etc. Notam addidit, ut videre est in tractatu de Musica Romae edito an. 1669 hoc titulo *Arte nueva dela Musica inventada por S. Gregorio, desconcertada año 1022 pro Guido Aretino, restituida a su primera perfeccion por Fray Pedro de Ureña, y reducida a este breve compendio por J. C.* Hujus compendii Auctorem existimat Arteaga Joannem Caramuel fuisse; et merito; quippe Caramuel ipse in opere, quod praemanibus habeo, inscripto: *Templum Salomonis. Architectura civil y recta, y obliqua etc.* Viglevani 1678: tractatu septimo articulo 5 asserit se Ureñae, opus compendiarium fecisse latiue; et edidisse Vindobonae 1646, et hispanice redditum Romae 1666, quod etiam hispanice repetit in dicto *Templo Salomonis*. Laudat etiam Arteaga Franciscum Salinas Hispanum, veluti Principem Theoriae Musicalis inter Italos suae aetatis, quod plane fatentur Zarlinus, Vincentius Galilei, et Joan. Bap. Doni; Thomam insuper de la Victoria Abulensem laudat, et Christophorum Morales, quorum hic a doctissimo Patre Martini ex Patrum Conventualium Ordine (summum inter Musicographos nomen) celebratur ut Auctor maximi pretii: ille vero tum scriptis bene multis Romae editis an. 1585, tum egregiis Compositionibus laudatissimus, Palestrinae aemulator, sociusque fuit. Viginti sex aliorum Hispanorum mentionem facit, qui testis

monio Liberati, Bolsenae, Galilei, et Doni Italiam suis laboribus Musicis exornarunt. Quo de argumento Arteaga supersedere se dicit cum illud speciatim tractaverit in quadam elucubratione lucem quam primum visura, inscripta *Memorie per servire alla Storia della Musica Spagnuola, ovvero sia saggio sulla influenza degli Spagnuoli nella Musica Italiana del secolo* 16. Capite quoque 17 pollicetur se editurum opus inscriptum *Saggi filosofici sull'origini, e fonti della espressione nelle belle arti, e nelle belle lettere* = *Del gusto presente in letteratura italiana* opus, auctore Matthaeo Borsa observationibus Arteagae illustratum = *Carta a D. Antonio Pons ... sobre la Filosofia de Pindaro Virgilio, y Lucano* (Epistola ad Antonium Pons de Philosophia contenta in scriptis Pindari etc.) Matriti per Viduam Ibarrae 1789 in 8 = *Investigaciones filosoficas sobre la belleza ideal considerada como objeto de todas las artes de imitacion* (investigationes philosophicae de pulcritudine ideali perpensa, ut objectum omnium artium, quae in imitatione consistunt) Matriti per Antonium de Sancha 1789 in 8 = *Lettere di Stefano Arteaga al Signor G. B. C. intorno la traduzione d'Omero, dell'Abate Cesarotti* (Epistola de versione Homerica facta ab Ab. Cesarotti) in 8 sine loco, nec anno. = *Della influenza degli Arabi sull'origine della poesia moderna in Europa dissertazione*. Romae typis Pagliarini 1791 in 8. (Quid Arabes praesterint poesi recenti Europeae creandae) = *In funere Caroli III. Hispan. Regis dum justa ab Hispanis in Urbe degentibus Regis memoriae persolventur in templo Divi Jacobi. Oratio habita ad Emin. S. R. E. Cardinales die 17 Aug.* 1789. Romae typ. Pagliarini in fol. tacito Auctoris nomine. Plura Arteaga m ss. poematia reliquit latina, Italica, et Hispanica.

* Asclepi Josephus latens his siglis P. G. A. (Padre Giuseppe Asclepi) = *Maniera facile di servirsi del numero 11 nella prova della multiplicazione, e divisione*. (Ratio facilis utendi numero 11 multiplicationi, ac divisioni conficiendis) Extat in opere *Saggio critico della corrente letteratura Straniera*. Tomo II. par. 1 artic. 26.

* Avesani Joachimus = *Oratio habita Veronae in solemni studiorum inaugurazione*. Veronae 1775: Ex indice m ss. locupletissimae Bibliothecae Cardinalis Valentis Gonzaghae quam Jesuitis, siquidem restituerentur, testamento reliquit. Unde restituta Societate ab immortali Pio VII. in ejus Romana Professorum domo collocata fuit; sed cum librorum ordo Indici nequaquam adhuc respondeat, Avesani orationem non vidi.

* Avogadro Joa. Andr. Heredes Baglioni in Catalogo librorum edito Venetiis anno ni fallor 1805 atribuunt Joan. Andreae Avogadro *Apparatum ad Sacram Scripturam*; sed suspicor non esse nostrum. Obiit Patavii mens. Januar. 1815.

* Azevedo Emmanuel. = *Vita del Taumaturgo Portoghese Sant'Antonio di Padova .... seconda edizione riformata, corretta, ed accresciuta*. Bononiae 1790 typis Laelii dalla Volpe in 4. Haec D. Antonii Patavini Vita majoris pretii habetur a Criticis quam reliquae omnes a prioribus Scriptoribus editae. Ad illam scribendam Azevedus se paravit lectis per quam attente 100, et amplius ejusdem Divi Vitis, et inspectis accuratissime pluribus Codicibus, ac monumentis certis, quae alios Scriptores latuerunt. Extat in fine doctissima dissertatio de multis Divi Antonii gestis; et in qua nonnulla emendat Azevedus, quae in *fastis Antonianis* scripserat = *Raccolta di Sonetti scelti tradotti in versi esametri latini da Nicandro Jasseo P. A.* Venetiis 1780 typis Antonii Zattae in 8. Venustiora Poetarum Italorum epigrammata pari dicam venustate, quod summam laudem duco, carmine latino reddit. In interpretationem ingreditur a duobus epigrammatis lusitanis eximii Poetae Ludovici Camoens.

Bardarini Josephus Flomine n. 12 Oct. 1708, Soc. ac. in Prov. Austriae 14 Oct. 1723, v. 4 nunc. 2 Feb. 1742. Philosophiam, ac Theologiam docuit in utraque Doctor renuntiatus, et in hac ultima Decanus in Universitate Graecensi. Mathesin etiam, ac Jus Canonicum tradidit. Linguas calluit Illiricam, Germanicam, Gallicam, et Italicam. In Collegio Provinciae Romanae Lauretano Poenitentiarium egit. Collegia rexit Goritiensem, Fluminense, et anno 1773. Graecense. Opera = *Theologicorum dogmatum de peccatis, et gratia libri duo* Graecii typis haeredum Widmanstadii 1754 in 8 = *Dissertatio critica de Cathedra Romana*, quam publice defendit (Praeside Bardarinio) Franciscus de Paula Tomicich Nobili de Cumbok, qui fortasse Dissertationis est Auctor.

* Barotti Laurentius edidit, ac Pio VI. dicavit eruditissimum opus sui genitoris Joan. Andreae Barotti inscriptum *Memorie istoriche di Letterati Ferraresi etc.* Ferrariae typis Cameralibus 1777 in fol. max perpulcris formis, et iconibus, Civibus nobilissimis Ferrariensibus sumptus suppeditantibus. In praefatione pollicetur Laurentius se secundum volumen Litteratorum Ferrariensium a se compositum editurum = *Lezioni Sacre* ... Volum. 2 in fol. pregrandi. Parmae typis Regiis. Volumine 1° explicat Libros Tobiae, Judith, Esther 1785. Volum. 2° 1786 explicat libros Macabeorum. Has lectiones Bononiae, ad populum habuerat.

Barranquero Joannes Ignatius (quod secundum nomen omittitur in Catalogis) Garcinarri oppido Dioecesis Conchensis n. 17 Jul. 1745, Soc. ac. in Prov. Toletana 21 Sep. 1758. Studiorum curriculo tum in Hispania tum in Italia non sine laude demenso omnem ingenii vim, et industriam Juri Ecclesiastico addiscendo detulit; idque docuit in Academia Ecclesiastica Romana. Degit hoc anno 1816 Romae. Opera = *Cathechismo composto in lingua Spagnuola dal Padre Girolamo Ripalda etc.* Romae ex typogr. Salomoniana 1791; ibidem 1802 apud Antonium Fulgoni. Doctissimus, piissimusque Cardinalis Lorenzana Archiepiscopus Toletanus auctor fuit Barranquero, ut hanc interpretationem Italicam in se susciperet, et sumptus saltem pro secunda editione impendit = *Avvertimenti di cristiana, e polita educazione etc.* Romae 1802 per Fulgoni; quae monita pro educatione christiana et urbana ab eodem hispanice reddita vulgata fuerunt Urbe Toleti 1803 typis Thomae Anguiano cum inscriptione *Documentos de Christiana, y civil educacion etc.* Dicatur opus *Prelato Eminentissimo*, quo titulo latet Cardinalis Lorenzana. Multa praetera m ss. habet; in his = *Meditazioni sull'Economia politica* Auctore Marchione Verri, hispanice redditae = *De amore Patriae*, versio ex Italico nostri Joannis Bap. Roberti = *De nimio corporis cultu* versio ex eodem Roberti = *Explicatio Caeremoniarum Missae ad usum Neo Sacerdotum*: hispanice = *Institutiones Juris civilis addita notitia Juris hispanici civilis et canonici*. Relatis Joannis Ignatii scriptis, ejusdem germani Fratris Benedicti Simonis memoria me urget, ut intimae, quam cum eo colui, amicitiae, aliquod officium praestem. J. Societatem iniit ille in Provincia Toletana octo, ant decem diebus post meum ingressum. Villaregium simul una mecum missus ut latinitatem, ac Rhetoricam perficeret, multam, egregiamque spem Praeceptoribus injecerat singularis in utraque processus. Vividum aderat ingenium, excellens in addiscendo memoria, et constans in exercitatione assiduitas. Sed mors nimis acerbe iuvida Societati eripuit adolescentem, eandem suis dotibus aliquando illustraturum. Obiit ergo Villaregii, vix annum 15 vitae attingens, summa in Deum, Deique SS. Genitricem pietate mense Januario 1755. Ejus obitum deflerunt omnes, maxime scholastici Nostri. Sed maxima maeroris,

luctusque pars me occupavit, qui Benedictum mihi aequalem castissimo plusquam fit credibile, amore prosequebar. In exhortatione domestica, quam in Epiphania ad Scholasticos habuit Michael Leal nostrum Magister Benedicti virtutes praedicavit; eodem nobis proposito exemplo quod imitaremur. Quem nobilissimum locum in hoc Supplemento Benedictus occuparet, si virilem aetatem attigisset!

* Barruel Agustino Gusta tribuit *Confutazione del Kantismo*.

* Bartoli Vincentius = *La Memoria di Monsig. Ricci ex Vescovo di Pistoja, e Prato a favore dell' Assemblea di Parigi, confutata da Monsig. ... Vescovo di ... in Francia in una sua lettera a Monsig. ... in Italia. Traduzione libera del Francese*. Laureti 1792 in 8. Valide exagitat Episcopum Ricci erroribus Gallorum nimis faventem, et confingit ab Episcopo Galliae hanc Memoriam fuisse scriptam. Auctor, uti nos monet Cl. Cernitori in bibliotheca, latere voluit nomine Grisei. Cl. Joan. Osuna me docuit *Piobbico* oppidum esse in montanis Piceni chartae officiois nobile: ubi Vincentius edidit opus *Triduo etc.* in 1° Supplem. laudatum.

Becker Clemens n. 1724, Soc. ac. in Prov. ad Rhenum inferiorem 1741. In Collegio Monasteriensi Westphaliae Theologiam docebat 1770. Opera. = *Dissertationes Theologicae*: Monasterii Westphaliae, nescio quot tomis. Carrichius (de quo primo supplemento) in opere contra Febronium; laudat etiam ejusdem Clementis dissertatione duas ibidem editas, primam de *Potestate Papali*; et alteram de *origine, progressu, mutatione, usu, ac sensu legum Ecclesiasticarum*; quas diversas esse opinor a contentis in opere *Dissertationes Theologicae*.

Bedeckowitsc Casimirus, Croata Varadini n. 1 Martii 1727, Soc. ac. in Prov. Austriae 14 Oct. 1742 v. 4 n. 15 Aug. 1760. Poesim, Philosophiam, Historiam Ecclesiasticam, Theologiam, ac Controversias docuit. Anno 1773 in Collegio Zagrabiensi altioribus Scholis praeerat. Anno 1777, ut scribit Auctor *Austriae doctae* (Das gelerhte Oesterreich) canonicus erat Ecclesiae Agriensis. Op. = *Considerationes de vanitate scientiarum*. Jaurini (Raab) 1768.

Benedetti Antonius Firmi nobili genere n. 9 Martii 1715, Soc. ac. in Prov. Rom. 15 Jan. 1735, v. 4 n. 15 Aug. 1749. Post traditam multis annis in Collegio Romano, et multa cum laude eloquentiam, renuntiatus fuit Substitutus ut dicunt, Italiae. In Arcadiam cooptatus Eulogheti Stereotidis nomine insignitur. Extincta Societate Patriae se restituit; ibique obiit 1788. Op. = *M. Accii Plauti Aulularia emendatius edita etc*. Romae typis Generosi Salomoni 1754 in 8. Ad Aululariae emendationem commentarios adjunxit, et eruditas observationes criticas, quibus Plautum illustrat = *Numismata graeca non ante vulgata, quae Antonius Benedictus ex suo maxime, et ex Amicorum Musaeis selegit*. Romae 1777. Nobilis Astronomus Delalande varia opera poetica Benedicto tribuit (*Voyage en Italie* tomo V. Genevae 1790).

Benincasa Franciscus natus 7 Septem. 1731. Soc. ac. in Prov. Veneta die 24 Oct. 1749 v. 4 nuncupavit 2 Feb. 1767. Post extinctam Societatem, aliquot gravibus aerumnis Christiana fortitudine toleratis, postulante Mutinensium Principe anno ni fallor 1775 renuntiatus fuit Episcopus Carpensis a Pio VII. Opera = *Nuovo metodo per trascrivere ordinatamente in un libro bianco etc.* Pisauri 1771: Ex Francisco Antonio Zaccaria in (pag. 68) *Trattato della lettura Christiana ... del P. Don Niccolò Jamin Benedettino*. Fulginii 1785. Hanc excerpendi methodum ex Anglo Lockio Benincasa desumpsit = *Litterae Pastorales*. Nonnemo Benincasae tribuit. *Osservazioni sopra la condotta tenuta etc.* Cosmopoli 1760; et *Appendice alle osservazioni sopra la condotta etc.*

Benislawski Joannes summo loco na-

tus in Dioecesi Livoniensi 16 Jul. 1736 Soc. ac. in Provincia Lithuaniae die 20 Octobris 1757. Vilnae Mathesis summa cum laude Professor fuit publicus. Post extinctam Societatem Vilnensi Canonicatu honestatus, ab Augusta Russiorum Imperatrice Catarina II. missus fuit anno 1783 Romam Legatus ad Pium VI. ut eundem de Catholicorum rebus edoceret. Legatione honorificentissime functus, Petropoli a Legato Apostolico Archettio Gadarensis Episcopus inauguratus fuit anno 1785, et futurus Successor Episcopi Mohiloviae. Seripsit litteras pastorales.

* Benvenuti Carolo Gusta tribuit *Le irreflexioni in risposta allo scritto*. Riflessioni = *Oppugnationem* acerrimam Materialistarum m ss.

Berlendis Angelus Vicentiae n. 22 Dec. 1733, Soc. ac. in Prov Veneta 12 Oct. 1750 v. 4 nunc. 22 Maii 1768. Rhetoricam docebat in Collegio Placentino anno 1761. Transmisit in Sardiniam cum aliis Sodalibus Regis votis indulgens an. 1765. Academia *Immobilium* Alexandrina Angelum in Socium cooptavit. Opera = *Stanze Sonetti, e Capitoli etc.* Taurini ex typograp. Regia 1785 tomis tribus in 12. Collector, et Editor horum poematum fuit Joannes Franciscus Simon Patritius Algherensis, qui in dicatione asserit Angelum lustris quatuor Sardiniae Lincaea illustrasse. Harum poeseon primum volumen continet egregium, ingeniosumque Poema de *Phantasia*, plura epigrammata italica (Sonetti), et Capitola. Epigrammate 42° laudat Patrem Gasparem del Carreto ob suas conciones quadragesimales habitas Calari, qui ex Provincia Mediolanensi in Sardiniam translatus Provinciae Sardiniae praeerat an. 1772. Ex primo capitulo liquet Angelum uno lustro Clementis Biondi fuisse Magistrum. Eodem etiam continentur nonnulla perpulera carmina lingua Veneta; et alia non pauca responsa iisdem verbis desinentia, quibus quaestiones desinunt: in his eminet capitulum inscriptum *l'Infermità*, omnino consonans capitulo *la Coscienza*, auctore Equite Alexandro Zappa, Poeta eximio. Excellens Epigramma Italicum Angeli de Deipara Jesu Christi cruciatus vehementissime dolentis excellenter quoque versu Elegiaco factum est latinum a Jacobo Picozzi S. J. et extat in *Anacreontiche etc.* Mediol. 1794 apud Francis. Pogliani. Vide Picozzi. In catalogo librorum Francisci Andreola, anno 1807 dicitur pag. 132. *Detta* (Orazione) *latina nelle solenni Esequie dell' Ab. Angelo Berlendis con la traduzione in Italiano e con alcune Rime in* 8. *Vicenza* 1794; Ex qua plura possem, si ad manus pervenisset, de Berlendis referre. Volumen secundum poematia lirica continet, cujus tria ultima omnes Anacreontis Odas superare pronuntiat editor Parnassi Italiei, in cujus verba nonnulli fortasse renuent jurare, quamvis poeticae Angeli virtutis aequi, verique laudatores. In fine voluminis secundi extant varia idillia Gesneri italice conversa ab eruditissimo Francisco Soave ex praeclarissimo Somaschae Ordine. Volumen tertium continet duo dramata *Sardi liberata* unum; *San Saturnino* alterum auctore eodem Angelo.

* Bettinelli Xaver. Tomus XXI. continet Epistolas 21 ad Lesbiam Cydoniam (Comitissa Paulina Secco Suardo Grismondi) suis scriptis nobilem. Innumera fere sunt acuta epigramata his litteris contenta; nonnulla ex aliis Poetis a Bettinellio italice reddita; sed majorem longe partem ipsius fundi sunt ingeniosissimi fructus.

Boasi Bartholomaeus Genuae n. 31 Jan. 1737, Soc. ac. in Provin. Mediolanensi 9 Ap. 1752, v. 4 sus. 2 Feb. an. 1770. Modoetiae Philosophiam docuit, Rhetoricam inde Scholasticos nostros Mediolani, quam docere pergebat Genuae ann. 1772. Extincta Societate Parisios se contulit, unde, non diuturna commoratione facta, Patriam remeavit, concivibusque suis, qua religiosae vitae exemplis, qua sacris exhortationi

bus, aliisque ministeriis apostolicis magna adjumenta attulit. Restituta Societate renuntiatus fuit Praepositus Provincialis; ed dum ejusdem Societatis negotia tum in Pedemontio, tum Genuae curabat, obiit in Patria 9 Dec. 1815. Op. = *Poesie varie*. Genuae 1790 in 8. Editio tertia longe aucta, et correcta adjunctis nonnullis fabulis ex Domino De la Fontaine desumptis; adjuncta quoque Tragoedia *La morte di Annibale* Genuae iam edita an. 1772. Hannibalis mortem excipiunt orationes panegyricae, et morales, quas Auctor dicat Joanni Jacobo Praeposito Provinciali Patrum Minimorum Genuensium. Plura reliquit m ss. prelo matura.

* Bolgeni Vincentius = *Confutazione della censura all' esame della vera idea della Santa Sede, e al Critico corretto* (Confutatio censurae adversus examen verae ideae S. Sedis) Maceratae 1786 = *Fatti dommatici, ossia dell' infallibilità della Chiesa nel decidere sulla dottrina buona, o cattiva de' libri*: tomi III. in 8. Romae 1795 per Aloisium Perego Salvioni. Est editio secunda magnis incrementis aucta. Prima fuit Brixiae 1788: Vol. 2 in 8. Infallibilitatem Ecclesiae in approbandis aut reprobandis scriptis statuit egregie = *Dissertazione seconda fra le morali sopra gli atti umani ... in continuazione alla prima, intitolata*: Il Possesso. Cremonae per Josephum Feraboli 1816 in 8 = *Stato de' Bambini morti senza battesimo etc.* Maceratae 1787 apud Antonium Cortesi, et Bartholomaeum Capitani in 8. Vires omnes Bolgenius effundit in Joannem Bap. Guadagnini peccatum originale non recte explicantem, ac contendentem parvulos sine baptismo decedentes aeterno igne puniri = *Metamorfosi del Dott. Giovanni Marchetti etc.* 1800, sine loco, at typographo in 8. Se defendere conatur a Doctore Marchettio, qui sumpto nomine Firmini Terreni Poenitentiarii ad Aquas Tauri-nas (Acquapendente) oppugnarat Bolgenii sententiam de juramento civico etc. Marchettius *Metamorphosi* respondit opere inscripto *il si, ed il no*. Illustrissimum Marchettium hodierno die reveremur, et colimus primarium Regis Caroli de Borbon Institutorem, et ob suam omnigenam doctrinam, et pietatem ad Archiepiscopatum Ancyranum evectum. Bolgenio Cl. Gusta tribuit *Specchio Storico da servire di preserva contro gli errori correnti* 1789 in 8.

Boll Antonius ex Provincia Bohemiae Philosophiam Pragae plures annos docuit. Anno 1772 degebat in Collegio Reginae Hradecensi, cujus Urbis Episcopo a consiliis erat Theologicis. Op. = *Dissertationes polemicae in usum alumnorum Ecclesiasticorum Seminarii Episcopalis Reginae Hradecensis*. Pragae Veteris 1767 in 4. Auctor Austriae doctae tribuit Bollio quae secuntur opera = *Dissertatio de inquirenda veritate* 1758 = *Institutiones philosophiae activae* 1759 = *De libertatis humanae natura, et proprietatibus* 1761 = *De principio rationis sufficientis* 1761 = *De argumentis demonstrantibus existentiam Dei* = *De vi corporum* = *De vi motrice, et inertiae* = *Institutiones polemicae in usum Seminarii Episcopalis* Reginae-Hradecensis 1766. Josephus Stepling (de quo in primo Supplemento) ait in *Litterarum commercio* Imperatricem Mariam Theresiam Austriacam metaphysica Bollii opera non modo probasse; sed suo etiam nomine illum per Archiepiscopum Pragensem collaudari voluisse.

* Boni Maurus officii memor meritam suo dilectissimo Magistro Aloysio Lanzi gratiam persolvit edito opusculo eleganti, et erudito, titulo = *Saggio di Studii del P. Luigi Lanzi della Compagnia di Gesù etc.* Venetiis ex typog. Alvisopoli in 8; quod perpulcra inscriptione dicat immortali Pio VII Societatis J. insigni Reparatori = *Studj, ed opere del Metastasio Prefazione*. Hoc perelegans Poetae Metastasii elogium extat in I°. tomo *Opere di Pietro Metastasio*. Patavii in Seminario 1811, eodem Mauro editore, cujus Metasta-

S 2

sius diligentiae debet sua opera in certa capita magis apte digesta. Sub praefationis exitum asserit nostrum Comitem Ayala edidisse Viennae Metastasii opera numquam antea edita, et pollicetur se his Ayalaeis editis aliquot etiam adjecturum. Mauro Gusta tribuit plures elegantes inscriptiones quibus justa funebria novendialia Venetiis an. 1799 Pio VI. soluta, nobilitata fuerunt, et Maurum Cremonensem dicit.

* Bono Michael del sumpto Anagrammate Bel nodo (Del Bono) edidit = *Morali Istruzioni per risolvere i Casi di Coscenza ai Cinque Principali Precetti della Chiesa attinenti, con Esempj e Riflessioni atte a muover la volontà*. Viterbii 1771 per Dominicum Antonium Zenti in 4.

* Bonola Rocchus *Dubj proposti al Sig. Professori della Facoltà Teologica di Pavia* 1790 in 8: ex Cl. Cernitori in bibliotheca Polemica. Bonolam Gusta Bergomatem dicit.

Borgo Carolus Vicentiae n. 26 Julii 1731, Soc. ac. in Provincia Veneta 22 Oct. 1746, v. 4 nun. 15 Aug. 1764. Litteris humanioribus cum plausu traditis ad libros sacros explicandos ad Superioribus admotus, hanc Provinciam splendide obibat Mutinae an. 1772. Opera. = *Analisi, o esame ragionato dell'arte della fortificazione e difesa delle piazze* (De ratione propugnandi arces) Venetiis per Antonium Zatta 1777 in 4; quam Hispanicam reddidit Noster Casseda. Rei militaris periti hoc opus tamquam classicum habent: jureque mirantur hominem in oratoria arte Sacra summum, et Divinis studiis omnino deditum tantam scientiae bellicae cognitionem assequi potuisse = *Orazione in lode di S. Ignazio di Lojola ... detta in Reggio ... ristampata l'anno* 1786; tacito loco. Dicitur, seu potius confingitur primam editionem confectam fuisse Monachii 1785 apud Ludolphum Heinster = *Novena in apparecchiamento alla Festa del Sacro Cuor di J. C.* (tacito auctore) Ferrariae apud haeredes Josephi Rinaldi 1788 in 12. Tribuitur etiam Carolo opusculum vere aureum ad excitandam, et augendam pietatem in SS. Jesu cor inscriptum *Istruzione pratica della divozione al Sacro Cuore di Gesù per ottenere la conversione del Cuore, ed un vero fervore etc.* Ferrariae 1788 per haeredes Josephi Rinaldi in 18 = *Lettera ad un prelato Romano etc.* (confutat errores Synodi Pistoriensis) In Italia 1789 in 8 = *Seconda lettera ad un Prelato Romano etc.* (oppugnat Synodum Pistoriensem et Annalistas Florentinos. Vide *Bibliothecam Polemicam* Cernitori. Existimant plures personantem illam *Memoriam Catholicam* de litteris brevibus *Dominus, ac Redemptor noster* Clementis XIV. Borgum habere Auctorem; quae fuit a Judicibus Romanis merito proscripta = *Novena in preparazione alla Festa del Sacro Cuor di G. C. ad uso delle Persone religiose proposta dal P. Carlo Borgo*. Romae apud Franciscum Bourlié, sine anni nota; sed qui certo fuit 1814. Aliquot exempla hujus editionis tacent Auctoris nomen, et in libelli fronte adjungitur *ad uso delle persone Religiose, e Secolari*, et hanc editionem esse quartam sed secundam Romanam; et in fine extant Indulgentiae a Pontificibus concessae, et aliquot preces. Sunt eadem novendialia quae superius laudabimus.

* Boscovich Rogerius Josephus. = = *Memoria sopra il Porto di Rimino*. Pisauri 1765 apud Dominicum Ricci in 4. Ex Zaccaria *Biblioteca antica, e moderna* tom. I. pag. 384. Boscovichii, ingeniosus oppugnator Joannes Nepomucenus Alber ex praeclarissimo Scholarum Piarum ordine in suis cogitationibus philosophicis de immediato corporum contactu etc. Viennae 1782 ita illum laudat: *Clarissimus Rogerius Boscovichius ut vir acerrimi fuit ingenii, et in contemplatione mathematicarum rerum assiduus, praeter caetera quorum plurima praeclare, maximaque ingenii laude invenit etc.* Deinceps explicato Boscovichii invento scilicet materiae elementa esse inextensa, et numquam con-

tigua, ait *Nihil hoc systemate Boscovichii subtilius omnino est, et acutius*.

Bozzoli Josephus Mantuae n. 16 Martii 1724, Soc. ac in Provin. Rom. 27 Oct. 1743, v. 4 nun. 2 Feb. 1758. Physicam experimentalem docuit in Seminario Romano multis inventis in machina electrica experimentis, quae Physicos illo antiquiores latuerunt. In eodem Seminario Jus Canonicum et Historiam Ecclesiasticam docuit: in linguis Graecis, et Hebraicis mirifice excelluit, quam postremam tradidit aliquot annis in Collegio Romano. Extincta Societate renuntiatus fuit publicus Orientalium linguarum Professor in Regia Universitate Mantuana, Regiae Bibliothecae Praefectus, et Regius Academiae Mantuanae Censor. Multa gratia valuit apud Archiduces Austriae Mediolani Gubernatores. Opera = *L'Illiada d' Omero tradotta in ottava Rima*: tom. IV. in 8. Romae per Generosum Salomoni 1769, 1770. Ad calcem cujusque tomi extant copiosae annotationes, quibus illustratur Homerus = *L'Odissea di Omero tradotta in ottava rima dall'Ab. ... Bozzoli Pastor Arcade, Professore ... e Censore della Reale Academia della medesima Città ... colle annotazioni etc.* Mantuae 1778 per haeredem Alberti Pazzoni: tom. IV. in 8: primus et secundus tomus 1778: tertius et quartus 1779 = *L' Eneida di Virgilio tradotta in ottava Rima*: tom. II. Cremonae per Laurentium Manini 1782-83 in 8 vivente Auctore, qui Mantuae obiit. Hanc interpretationem carmine italico octono permulti Hannibalis Caro interpretatione praestantiorem praedicant.

Brenna Aloysius honestissimo loco Romae natus 17 Apr. 1737, Soc. ac. in Prov. Rom. 12 Dec. 1757 v. 4 n. 15 Augusti 1771. Anconae, et Florentiae Philosophiam magna cum laude tradidit. Extincta Societate in Academiam Florentinam cooptatus nomen ni fallor sumpsit *Cleobuli Paleofili* Qua secunda, qua perdita fortuna in vita usus, ejusdem varietatibus morte finem posuit Romae 27 Januarii 1812 manifestis illustribus, publicisque significationibus datis intimi ex animo doloris de suis tum opere tum scripto erratis; et dum moriens coeleste epula reficeretur, coram omnibus adstantibus tam facta, quam scripta minus consentanea revocavit: quam etiam suimet manu revocationem exaratam suo Confessario tradidit, cuicumque legendam. Opera = *De Haeresi Albigentium exercitatio habita in Collegio Romano etc.* Romae typis Salomoniis 1756 in 4; quo tempore Aloysius nondum Societati se addixerat; illam dicavit Joanni Thomae Bojadors Generali Ordinis Praedicatorum Magistro, Cardinali deinceps amplissimo. Si quis fortasse arbitretur Petrum Lazzeri (de quo proprio loco) Aloysii in historia Ecclesiastica Magistrum plurimam ex suo contulisse operam in hac exercitatione conscribenda, Aloysio saltem habendus est honos, quod eam magno cum plausu tum doctrinae tum ingenii publice defenderit. Quae vero fuerit tanti Magistri de suo Auditore opinio satis aperte liquet; quod Brennae Juveni Lazzerius gravioris aetatis homo dicavit suam de haeresi Marcionistarum dissertationem, eumdem vehementer obsecrans, ut si quid fuerit quod eidem displiceat, vel omnino expungat, vel se monitum faciat = *De generis humani consensu in agnoscenda Divinitate*: tom. II. in 4. Florentiae apud Caietanum Cambiagi 1773. Opus profecto elegans, ac multo robore plenum = *De infinita perfectione Dei, Opus metaphysicum*: ibid. per Joan. Bap. Stecchi 1774 in 4: in quo magna elucet in exponendis subtilibus meditationibus perspicuitas = *Lettere Theologiche critiche, e Filosofiche di Roberto Filalete circa la giurisdizione, ed autorità competente al Sovrano sopra le persone, i beni, e gli affari degli Ecclesiastici*. Florentiae 1790 in 8. Quod opus vehementer vapulat ab eruditis Scriptoribus operis inscripti *Giornale Ecclesiastico di*

Roma, acerbe ferentibus in tomo VI. Robertum Ecclesiasticorum jura depressisse. Sed ut verum dicam; ex ipso Brennae ore haud semel excepi nonnulla eodem fascio suo operi adjuncta fuisse contumeliosa verba a quodam Hetruscam apud Aulam largiter putente: quod quisque sibi facile persuasum habeat, qui quintum articulum legat tomi XXXIII. operis inscripti *Giornale de' Letterati* Pisis editi. Hoc in articulo Brenna Condillacum Abbatem, suum ut ita dicam mel suasque delicias in rebus Philosophicis, reprobat, ut in SS. Patres inverecundum, injustum Divae Pulcheriae reprehensorem, et auctoritatem Romano Pontifici primam contra jus, fasque negantem = *De Sceptro Judae ad Messiae tempora non defecturo Dissertatio polemico critica*: quam dicat Alphonso Mariae Marsilio Patritio Senensi, deinceps Archiepiscopo Senensi (de quo in loco): extat in tomo XXXV. operis inscripti *Nuova raccolta d'opuscoli scientifici, e filologici*, edito Venetiis 1780 apud Simonem Occhi. Horum Opusculorum Editor Cl. Fortunatus Mandelli Monachus Camandulensis Brennam judicat reliquis de hac re Scriptoribus rationum pondere, et sermonis perspicuitate praestare. = *Sonetti di Luigi Brenna Academico Fiorentino*. Romae 1807 apud Salomoni in 12. Est editio tertia cum multis accessionibus. Priores editiones prodierunt sumpto nomine *Cleobuli Paleofili*, effuse plaudentibus Musarum cultoribus, in his illustris, et elegans Poeta Romanus Caietanus Golz; ut patet ex tomo XLIX. pag. 303 laudati operis *Giornale de' Letterati* = *Vita Galilei Galilei*: extat in primo volumine *Vitarum Italorum illustrium*, auctore Clar. Angelo Fabronio = *Vita Ludovici Antonii Muratori*: extat in volumine primo dicti operis Fabronii, qui Brennae dicavit vitam nostri Petri Benedicti (de quo in loco) et fatetur Brennam sibi socium, ed adjutorem fuisse in reddenda ex italica latine Cavalerii vita. Suam quoque Brenna symbolam contulit Cl. Fabronio in perficiendis Vitis Monigliae: Stellini: Baglivii: Castelli: Viviani: Cassini: Grandi: Marchetti: Borelli: Lancisii: etc. In ephemeridis insuper litterariis Pisanis *Giornale de' Letterati* inscriptis non parum insudavit Brenna conficiendis compendiis, et judiciis de libris typo vulgatis. Siquidem in earum tomo XI. articulus sextus totus est ex Brennae fundo; sicuti etiam judicia de Sardio, et de Aldinio, tomo XIX: de Hadriano Cardinali, tom. XXIV: de opere gallico inscripto *des corps politiques*, tom. XXVI: de Aloysio Cremani, tom. XXVII: de Condillaco, tomis XXVIII: XXXI: XXXII., et XXXIII: de Cassina, et Boscovichio, tomo XXXV: de eodem Cassina, tom. XXXIX: de Cesarotto, tomo XLVI: de Denina tom. XLVII: de Cassina tom. LI: de Concari, tom. LII: de Schola Surdorum, tom. LIII: de Ranghiassio, et de Abbate Mably tom. LIV: de Braccio tom. LV: et tomo LXIV extat elogium Leonardi Ximenes, et plura alia judicia, et compendia in consequentibus tomis. Istis elucubrationibus, quas percurri, prelo datis, adjicio quae sequuntur opera mss. omnino perfecta, et in lucem, si Maecenas adsit, proferenda = *Lettere Filologiche*: excribuntur in his compendia, et judicia auctore Brenna de nonnullis Scriptoribus Italis, quae Cl. Fabronius inseruit vitis Illustrium Italorum; ad quem tres ex iis litteris missae sunt. Has excipit Epistola, ad Bartholomaeum Ombrosi de compendiis et judiciis contentis in opere *Giornale*; de quibus superius verba feci; docet etiam Ombrosium de plurimis correctionibus, quibus latinitatem puriorem reddidit *Commentoriorum* (antequam vulgarentur) *de antiquis gemmarum Scalptoribus*, auctore eruditissimo Abbate Bracci = *Discorsi filologici ... recitati alla Real' Accademia Fiorentina*. Omnibus in istis sermonibus, sive orationibus, quae sunt numero 7 stili elegantia cum eruditione certat; et disse-

ritur de doctrina arcana mysteriorum, quae antiquiores Ethnici celebrabant; de erroribus communibus toti generi humano, ut vult Petrus Bayle quem robuste prostervit: de recenti aetate mundi adversus Voltairem, et alios incredulos: denique de Theologia naturali Litteratorum Sinensium, qui falso atheismi notis inuruntur = *Panegirico di S. Scolastica detto nella Chiesa delle Benedettine di Rieti l'anno 1783* = *Elogio del Sig. Abbate Leonardo Ximenes, Mattematico di S. A. R. il Serenissimo Pietro Leopoldo, Arciduca d' Austria, Granduca di Toscana*. Hoc elegans, copiosum, et ad veritatis sacram normam compositum extat in tomo LXIV. operis *Giornale de' Letterati* edito Pisis 1786 apud Aloysium Raffaelli.

* Brignole Carolo Gusta tribuit *Saggio critico contro il libro: sull' autorità della Podestà laica sugl'impedimenti del Matrimonio*: Brignole obiit Genuae 7 Mart. 1808.

Brzozowski Thaddeus Vilnae n. 1749 Soc. ac. in Prov. Masoviae 26 Aug. 1765. E vivis erepto R. A. P. Gabriele Gruber an. 1805 electus fuit eodem anno in Praepositum Generalem S. J. estque in vivis hoc anno 1816. Societatemque summa prudentiae laude moderatur (Vide Gruber Gabriel). Cl. Gusta tribuit R. A. P. Thaddaeo interpretationes polonicas operum Nostri Nonnot *Dictionarii Philosophici Religionis*: *Errorum Voltairei*: *Oraculi Philosophorum, et alia*.

* Bucchetti Aloysius Maria = *Le Supplici; tragedia di Eripide volgarizzata, e fornita di annotazioni con alcune osservazioni sulla democrazia, e sulle Legislazioni delle moderne Repubbliche*. Venetiis in 8: ex catal. libr. Francisci Andreola an. 1807 = *Lettera al Cittadino Bolgeni sul parere da lui pubblicato intorno al giuramento a tutti i pubblici Funzionarii*: ibid. ex eodem catalogo.

Budardi Carolus Romae nat. 28 Nov. 1743. Societ. accessit in Provincia Romana 19 Septem. 1768. Latinitatem docebat anno 1772 in Collegio Ragusino. Extincta Societate Illustrissimus Bartholomaeus Pacca Nuntius Apostolicus ad Belgium, et postea ad Lusitaniam, Cardinalis deinceps amplissimus, qui pro sua in Pium VII. fidelitate gravibus aerumnis fortiter toleratis Purpuram splendidiorem reddidit, Budardium sibi sumpsit a secretis, in qua impeditissima ac admodum difficili Nunciatura, ut dicunt, fidelem, et utilem operam eidem Illmo jugiter praestitit. Restitutae Societati a Pio VII. se dedit. Criptae Ferrarae Obiit 15 Novembris ann. 1812. Opera. = *Index chronologicus operum omnium, quae hactenus a Francisco Antonio Zaccaria prodierunt*: extat in *Disciplina Populi Dei* Claudii Fleury edit. Venetiis 1782. Indicem praecedit brevis elegans Budardii ad Typographum Zattam epistola = *Dissertatio* longa, et erudita gallice scripta de miraculo Martyrum Aphricanorum praecisis linguis loquentium, italice reddita, et extat in tom. XVII. operis inscripti *Raccolta di Disertazioni di Storia Ecclesiastica*; etsi hoc loco tribuatur nostro Zaccariae, sed tomo insequenti, scilicet 18 corrigitur hic error pag. CLVII., ibique adjungitur dictam Disertationem prius editam fuisse Monte physcone Divi Petri Patrimonio 1786 typis Seminarii = *Lettera del Sig. Berbis ... sulla morte della SSma Vergine etc.* est versio ex Gallico. Extat in tomo III. *Raccolta di dissertazioni Historia Eccl.* Romae per Natale Barbiellini 1793 = *Trattato della Lettura Christiana etc.* Fulginii 1785 typ. Joa. Tomassini in 8. Est versio ex gallico doctissimi, piissimique Benedictini Nicolai Jamin. Francisci Antonii Zaccariae sunt annotationes subjectae, quibus praestans opus illustratur.

* Buganza Cajetanus = *Carmina latina*. Florentiae 1786 in 8: ex Gusta = *De modo conscribendi inscriptiones*. Mantuae in 8: ex eodem. = *Grammatica Latino-Italiana*: ibid. ex eodem.

Burkhaeuser Nicolaus, ex Provin. ad

Rhenum Superiorem dum esset in Universitate Herbipolensi (Wirzburg) publicus Philosophiae professor edidit = *Theoria corporis naturalis principiis Boscovichii confirmata etc.* Wirceburgi 1770 in 8 = *Institutiones logicae:* ibid. per Tobiam Goebhardt 1771 in 8 = *Institutiones metaphysicae* ibid. 1774 in 8: tomis, sive partibus tribus. Nicolai bis meminere cum laude Acta Lipsiensia anno 1773.

Burriel Antonius, Andreae Marci(quam eximium litteraturaeHispanicae decus,de quo in tertio Supplemento) Germanus frater in oppido Bonache 6 Junii 1728 ex Catalogo Pro Tolet., alibi lego 1727 Soc. in Prov. Toletana ac. 10 Ap. 1740 v. 4 n. 15 Aug. 1760. Forolivii obiit 1 Novem. 1798. Rhetoricam, Philosophiam, ac Theologiam professus fuerat et ab Academia Regia Matritensi Divi Ferdinandi creatus fuit Socius 22 Dec. 1754. Opera = *De arte poetica*, libri duo hispanice: Extant in opere inscripto *Coleccion de varios tratados curiosos ... para instruction de la noble Juventud Española, que publica el Rl. Seminario de Madrid.* Matriti per Joachinum Ibarra 1757 volumina 4 in 4° = *Compendium hispanicum historiae sacrae* ex gallico nostri ni fallor Gaultruche: extat ibidem = *Ode latina* cum interpretatione hispanica, et incipit *Oquae tuarum me recreas lyra*: Extat in opere inscripto: *Distribucion de los premios ... hecha p. la Real Academia de S. Fernando etc.* anno 1755 = *Inscriptio latina Ferdinando VI.* et ad eundem allocutio latina, nomine Joachimi de Parada Burrielii Discipuli, postea e S. J. Extat ibid. = *Ode latina* quae incipit *Scandere cum summam tentarem*: Extat in simili praemiorum distributione facta 1756 = *Ode latina*, quae incipit *Tentare digitos cur rogo barbite*, nomine Marchionis de Ureña sui discipuli: extat in simili praemiorum distributione facta an. 1757 = *Vita di Caterina Sforza Riario etc.* Bononiae ex typographeo D. Thomae Aquinatis 1795: tomi III. in 4: Haec Catharinae Vita ita Civibus Foroliviensibus probata fuit, ut Burrielium nobilitatis juribus donarent = *Oratio de veteri Adolescentium institutione apud Hispanos revocanda*. Matriti apud Gabrielem Ramirez 1755 in 4. Reliquit m ss. quae secuntur = *Interpretationem* hispanicam operis Huetiani *Foiblesse del' esprit humain* = *Interpretationem hispanicam* operis Heinecciani *Fundamenta stili cultioris* = *Interpretationem Hispanicam* Orationum D. Cypriani *De Lapsis* = *Interpretationem Hispanicam* Orationis Tullianae *Pro lege Manilia* = *Elementa sphaerae armillaris, geographiae atque historiae Romanae ad usum Scholarum* = *Oratio latina gratulatoria ad Didacum de Rojas Episcopum Carthaginensem Murciae habitam in instauratione Collegii Isidoriani* = *Censura theologica Catechismi, quem Praesul quidem Hispanus* (reor esse Bartholomaeum Carranza) *magni nominis medio saeculo 16° Antuerpiae in lucem edidit* = *Dissertationem de vi, et amplitudine potestatis Ecclesiasticae ad excommunicationem ferendam in casu ... de quo agitur* = *Dissertationem anteuntem oppugnationi Synodi Riccianae Pistoriensi.*

C

Caballero (quod cognomen deest in Catalogis Toletanis) Raymundus Diosdado Palmae Balearium Urbe Principe n. 19 Junii 1740, Soc. ac. in Provin. Toletana 15 Novembris 1752, v. 4 n. 15 Aug. 1773 in Collegio Foroliviensi in Æmilia. In Regio Seminario Nobilium Matritensi linguam latinam docuit. Rhetoricam deinde tradidit in Collegio Imperiali Matritensi postremus omnium Antecessorum non modo tempore, sed ornamentis etiam hujus artis maxime propriis. Opera = *De prima Typographiae Hispanicae aetate Specimen.* Romae apud Antonium Fulgoni 1793 in 4. Mentionem de hoc opere fecit auctor operis dicti *Effemeridi letterariae di Roma ad* numerum XLVII. praedicti

an. 1793, et Clar. Franciscus Mendez Augustinianus in volumine erudito de typographia Hispanica = *Osservazioni sulla patria del Pittore Giuseppe di Rivera detto lo Spagnuoletto fatte da R. D. C. Spagnolo* (Raimondo Diosdado Caballero); Extat in *Anthologia Romana* anno 1796; et in *Giornale Letterario di Napoli* volume 50 eodem anno apud Aniello Nobile. Multis argumentis confirmatur Pictorem Riveram fuisse Natione, et Patria Hispanum = *Commentariola Critica: primum De disciplina arcani: secundum De lingua Evangelica*. Romae 1798 typis Salvatoris Bombelli, quae omnia tacentur. Emendantur his commentariolis Scheltrate, et Harduinus, et in Appendice Dominicus Diodati. Eadem commemorantur a *Giornale letterario di Napoli*, volumen 112 apud Josephum de Bisogno 1798. = *L'Eroismo de Ferdinando Cortese confermato contro le censure nemiche*. Romae 1806 apud Antonium Fulgonium in 8. Comprobatur Ferdinandum Cortesium Mexici expugnatorem summum Heroa fuisse. = *Ricerche appartenenti all'Academia del Pontano*. Romae typis Salvatoris Bombelli 1798: quae omnia tacentur. Harum investigationum de Florentissima Academia Neapolitana Joannis Pontani meminit *Giornale letterario di Napoli* volumen 113 apud Michaelem Morelli 1798 = *Gloria posthuma S. J.* Pars prima Romae 1814 apud Franciscum Bourlié = *Avvertimenti amichevoli all'erudito Traduttore Romano della Geografia di W. Guthrie* tacito auctore, typographo, loco, et anno. Locus fuit Neapolis, annus 1799 et typographus N.N. Vindicantur Hispani, praecipue Americani ab Accusatorum calumniis. Dicat Auctor opus Nicolao de la Cruz Beaumonde Comiti di Maule, viro multiplici eruditione exculto, et suarum peregrinationum per Europam fidelissimo, atque per eleganti Scriptori. Plura elaboravit perfectaque habet m ss. quae sunt ista = *Observationes Americanas, y suplemento Critico a la historia de Mexico etc.* tom. III. in 4: totum versatur opus in emendanda historia Mexicana, auctore Cl. Francisco Clavigero. Has observationes misit Auctor ad Josephum Galvez Summum rerum Indicarum Regium Administrum, ut eae, si probatae fuissent, typis ederentur. Non suo se nomine, sed sumpto nomine Philiberi Parripalma vocare se amavit. Ita verbo Philiberi suum in Hispaniam amorem ostendebat, et Patriae peculiaris memoriam conservabat. Palma quidem Urbs Balearium Princeps natale fuit ejusdem solum. Parra vero haud ignobile in Vectonibus (Estremadura) oppidum Genitoris Laurentii natale, et familiae *Diosdado* antiquum est domicilium. Haud exiguas turbas emendationes istae excitarunt. Vir oppido eruditus Joannes Muñoz, Regius Cosmographus destinatus fuit observationibus judicandis: plura in his, plusquam merebantur laudavit, sed plura etiam acriter reprehendit. Muñozii judicium m ss. ipso generose permittente ad Raymundum missum fuit, satis cui fecit idem responso ad Administrum Galvezium misso hoc titulo *Breve satisfaccion del Abate Filibero de Parripalma etc.* Galvezium orans, ut hanc suam defensionem Consilio Supremo Indico, cujus ipse praeses, examinandam praeberet. Hujus examinationis fructus magnus vere Raymundo obvenit: quippe plures Senatores eidem prius infensos placavit, sibique consentientes reddidit; et donatis insuper 600 aureis (scutis) in praemium nihil eo petente. Observationes tamen editae non fuerunt ob supervenientem Galvezii obitum et alias causas = *Medios para estrechar mas la union entre Españoles Americanos, y Europeos*; quod Raymundus misit ad Antonium Porlier, Marchionem de Baxamar demortui Galvezii in administratione Indica Successorem = *Consideraciones Americanas. Excelencias de la America Española sobre las extrangeras decidida con hechos* tom. II; quod misit etiam ad Porlierum, qui

Jesuitas Hispanos litteris, immo praemiis propositis excitarat ad scribendum de rebus Indicis. Sed nulla praemia visa sunt, quamvis plura ille scripta congesserit. Haec mss. extant penes Raymundum, et fortasse etiam apud Administrum, et Consilii Indici tabularia secreta. *Tetraglotton D. Marci Evangelium*, *et Marcologia Critica*. Opus neopolyglottis haud omnino inutile. Plura etiam alia habet, quae Maecenatibus faventibus in lucem prodibunt.

* Calatayud Petro Gusta tribuit *Ragionamenti contro i Filosofi*. Reor esse *Magisterium Fidei* primo Supplemento laudatum.

Calini Ferdinandus nobili genere Brixiae n. 25 Maii 1713, Soc. ac. in Prov. Veneta 15 Oct. 1730, v. 4 nun. 2 Feb. 1748. Sacras litteras publice explicabat in Collegio Bononiensi S. Luciae an. 1772 Opera = *Catechismo ragionato, o sia la dottrina della Chiesa sopra le materie più necessarie a sapersi circa il domma, e circa il costume etc.* (Catechismus rationibus comprobatus de rebus magis necessariis circa mores, ac dogmata): tom. V. in 8 Venetiis per Antonium Rosa = *Compendio della Storia Ecclesiastica*: tom. IV. in 8. Venetiis 1798 typis Antonii Rosa, qui in praefatione meminit prioris operis *Catechismo ragionato etc.* = *Storia della vita e degli scritti di S. Agostino* tom. VII. in 8 Brixiae 1775 - 76 per Danielem Berlendis in 8. Huic vitae inseruit Calinus aliquot dissertationes de D. Augustini rebus, quas Bononiae in Academia privata, Canonici Marchionis Conti, idem recitavit. = *Dissertazione .... se quanto si legge nei libri Sybillini per riguardo alla Divina Persona di N. S. G. C. in conto di apocrifo aver si debba*: extat in 2°. tomo *Raccolta di dissertazioni di Storia Ecclesiastica .... per opera di Fran. Ant. Zaccaria etc.* qui alias de eodem argumento Calini dissertationes pollicetur; sed quas ego frustra quaesivi in tota Collectione 22 tomis constante etc. = *Dissertazione sopra il canone degli Apostoli* (Act. Apost. cap. 15 ut abstineatis vos ab immolatis etc.) ibid. sed tomo IV.

Camaño Joachimus nobilibus genitoribus Riojae, urbe, quam etiam *Sanctorum omnium* appellant in Regione Tucumanensi n. 13 Aprilis 1737, Soc. ac. 22 Aprilis 1757 in Provincia Paraquariae, v. 4 nun. Faventiae in Æmilia (ubi domicilium nostri Exules Paraquarii collocaverant) 15 Aug. 1770. Quamvis ingenio, ac doctrina adeo polleret ut in primis tum Philosophiae tum Theologiae exedris posset multa cum dignitate sedere, cuncta parvi habens laboriosum sibi munus a Praefectis impetravit indos Ethnicos ad Fidem convertendi; ac Neophitos bonis moribus, et artibus instituendi, quod egregie perfecit plures annos usque ad post scriptionem hispanicam Soc. J. Tot locorum infinitis pene spatiis interse dissitorum diligens lustratio, ac plures per illas regiones peregrinationes summam opportunitatem Camaño praebuerunt, ut exemplo Jesuitarum Sinensium qui praestanti totius orbis utilitate probe norunt, nec minimo apostolici muneris detrimento, artes, ac scientias perficere; accuratissimam idem adjunctis etiam aliorum Scriptorum experimentis, de Americae regionibus Geographiam penitus cognosceret. Nihilosecius variarum linguarum peritiam intimam est adeptus. Utraque in re praeclara dedit suae industriae documenta. Hujusmodi sunt tabula Geographica, qua insignitur opus nostri Josephi Jolis inscriptum *Saggio sulla Storia naturale della Provincia del gran Chaco*: illa etiam, quae extat in Vita nostri Aloysii Olcina celebris Paraquariae Provinciae Missionarii, auctore ejusdem Germano Fratre, et ejusdem instituti Vincentio Olcina. Foetus quoque fuit Joachimi illa, qua noster Philippus Gilii suam historiam *Saggio di Storia Americana* exornavit. Tribus istis tabulis acri incisis, et in lucem editis adjungenda est tabula nondum

vulgata totius Americae Meridionalis, quam Joachimus dono dedit Joanni del Castillo Canonico Quitensi, deinde Civitatensi (Cindad Rodrigo) in Hispania, quem ego Romae novi postulatorem in Causa Beatificationis V. Mariannae a Jesu Paredes, et Flores, quam ob innocentissimae vitae candorem *Lilium Quitense* vocant. Parem quoque tabulam habuit a Camaño noster Valerius Noguero mei amicissimus, et de Insulis Philippinis opere, et m. scriptis, quae ad aulam Regiam Matritensem misit, benemerentissimus, qui dictam tabulam dono dedit Abbati Silvestri Parisiis id temporis degenti. Noster Franciscus Iturri, cujus eruditioni, et amicitiae quidquid de Camaño scribo fateor me debere, secum tabulam habet Ditionis Bonaurensis accuratissime a Camaño confectam, quam Iturrius edere cogitat cum sua de Rebus Bonaurensibus Historia, quam prelo paratam habet. Plures alias tabulas optime elaboratas secum habet Camañus, quas qui haereditate, vel alia ratione si satis probus non est, Camagni partus in suam rem improbe convertet. Praeter hos eximios geographicos labores plura seripsit Camañus de linguis earum Regionum. Nunc memini me apud Cl. Laurentium Hervas, virum oppido eruditum, vidisse tractatum praelongum de Chiquitorum lingua. Degit Faventiae, hoc an. 1816, noster eruditissimus Camañus octogenarius.

Canonici Matthaeus Aloysius (quod secundum nomen aliquando omittitur in Catalogis) n. 5 Aug. 1727, Soc. ac. in Prov. Veneta 15 Octob. 1743 v. 4 nun. 2 Feb. 1761. Post varia munera diligenter administrata Academicum egit in convictu Parmensi Nobilium, quem gazophylacio numismatico instruxit. Anno 1772 degebat in Collegio Bononiensi S. Luciae. Clar. Astronomus De la Lande (Voyage en Italiae tom. I. pag. 457) tribuit Canonicio varia non nominatim opera erudita; et ait eum Venetiis, quo se post extinctionem contulerat, instructissimam habere bibliothecam raris, pretiosisque m ss. orientalibus, graecis, latinis etc. egregiamque bibliorum Sacrorum seriem omnibus linguis.

Capycius Caietanus de quo sermonem feci verbo *Zaccaria*; non Jesuita fuit sed Clericus Regularis Theatinus, Regius Ethicae Professor Neapolitanus mirifice eruditus, et linguarum graecae, hebraicae, et arabicae peritus.

Caracciolo Joannes nobilissimo genere Neapoli n. 8 Junii 1721, Soc. ac. in Prov. Neapolitana 12 Ap. 1737, v. 4 nun. 15 Aug. 1754. Plures annos Mathematicas disciplinas Neapoli summo plausu explicavit. Archiepiscopus Cardinalis Neapolitanus illustrem Caracciolo Provinciam contulit doctrinam publice explorandi eorum, qui ad Sacerdotium aspirant. Obiit in Patria 26 Nov. 1798. Opera = *Introduzione alla Matematica per mezzo del Calcolo universale*. Veliternis per Caesarem Sartoris 1769. Est versio cum accessionibus operis latini ab eodem prius edito, titulo *Isagoge in universam Mathesin*. = *Pregi, e pratici documenti della divozione al S. Cuor di Gesù*. Neapoli 1795: ex opere *Giornale Ecclesiastico di Roma*; tomo XI. Catalogus librorum latinorum apud bibliopolas B. Cormon, et Blanc tribuit Joanni Baptistae Caraccioli haec duo opera, unum *De lineis curvis*. Pisis 1740 in 4: alterum *Geometria algebrica universa*: tom. II. Romae 1769. Catalogus etiam haeredum Baglioni an. 1805 tribuit etiam Joanni Bapt. Caracciolo *le due Ifigenie d'Euripide Greco-Italiane*. Hunc Joannem Bap. Caracciolo, seu Caraccioli diversum esse puto a nostro.

Carbone Franciscus, Sassari in Sardinia natus: ibi Soc. accessit. Calari fuit publicus Regiusque Eloquentiae Professor magna cum opinione latinissimi styli. Carbone est in vivis hoc anno 1816. Opera = *De Sardoa intemperie Poema*. *Editio altera auctior, et emendatior*. *Accessit versio Italica Equitis Jacobi Pinna Sardi*. Sassari 1774: ex typographia

Josephi Piattoli in 8. Dicat Auctor opus Josepho M. Incise Becariae Episcopo Sassaritano; ex qua dicatione liquet hanc editionem libro 3 fuisse auctam, se Sassari fuisse natum, ac in animo habere de Sardois Salinis, Corallis, et Thynnis scribere. In Carbonii laudem, extant initio variorum poemata; in his elegans hendecasyllabus *I. G. Ph. P.* (fortasse Josephus Gagliardi Philosophiae Professor) = *Recentiora Francisci Carbonii Carmina, accedunt nonnulla viri Cl. Joannis Bap. Roberti nunc primum edita*. Carali 1780 ex Regio typographeo in 8. Initium facit a duobus libellis de Corallis, quos in poemate *de Sardoa* intemperie fuerat pollicitus. In his carminibus extat egregium epigramma ad Augelum Berlendum. Roberti carmina sunt elegia *de Potione, quae Te dicitur*: 2 *Horatianae corniculae fabella* 3 *De architectura militari* · 4 *De Hallero, et Caldano*, qui arte medica excellebant. Et denique *de asello rudente etc.* = *Egloghe militari dell' Ab. Giul. Cesare Cordara ... edizione seconda con nuove aggiunte dell' Autore, e con una traduzione latina di Nivildo Afronio* (Franciscus Carboni). Calari ex typog. Regia. In dicatione perspicue ostendit Carbonius interpretationem latinam non esse Cordarae his clarissimis verbis: *Istae eclogae latinae tibi dicunt ea parem tibi voluptatem creaturas, si qui Hetruscas illas fecit latinas fecisset* (quete egloghe latinae vi dicono, che sarianvi piacciute egualmente, qualora quella istessa mano maestra, che le fornì del Toscano, avesse lor pure assettati gli abiti del Lazio). Expressius deinceps pag. 35 ait Carbonius (Nivildus Aphronius) in *praemonito*, se, non vero Cordaram, auctorem esse interpretationis latinae: *Italas*, ait, *viri Cl. Julii Caes. Cordarae eclogas latine redditurus, non verbum verbo curavi interpres fidus. Aliquid scilicet addidi de meo ... ille* (Cordara) *me probet aureus germanae latinitatis cultor, cujus sensa latinis, ut potui, formulis expressi paulo fidentior*. His Carbonii testimoniis se opponunt Nostri Carrara in dictionario Virorum illustrium verbo *Cordara*, et Aloisius Maria Buchetti in eleganti Cordarae vita, quae praeit tomo I°. operum Cordarae edito Venetiis 1804. Carraram, et Buchettium imitatur noster quoque Maurus Boni in eleganti praefatione tomi IV. operum Cordarae munitus tribus ipsius litteris ad eruditissimum virum Franciscum Cancellieri; In fine tomi III. operum Cordarae extat perpulcher Carbonii hendecasyllabus ad Cordaram = *De extrema Christi Coena. Carmen*. Calari ex typog. Regia 1784 in 8: Denique monendum est Franciscum dum italice scribit non *Carbone* quod nonnulli faciunt, sed *Carboni* scribere. Cl. Angelus Fabroni Carboni dicavit vitam eleganter conscriptam Hieronymi Tiraboschi; et inter alia de Societate Jesu, cui Fabronius infensus dicebatur, ita cum Carbone colloquitur: *Sane quae posset esse excusatio, si minus favere convincerer Sodalitio, quo nullo unquam extitit feracius hominibus doctrina, et sanctitate illustribus, cujusq. exitium non modo Christianae Reipublicae, sed etiam litteris fatale fuisse judicatur*.

Carl Josephus, Viennae n. 30 Dec. 1706, Soc. ac. in Prov. Austriac 14 Oct. 1724 v. 4 n. 2 Feb. 1740 Theologiae Doctor, quam, et jus Canonicum docuit: praefuit aliquibus Collegiis, et anno 1773 praeerat Viennensi Professorum domo post gubernatam Austriae Provinciam = *Scriptores Universitatis Viennensis ordine chronologico propositi*. Tomi V. Viennae 1740 ad 1742. Ex Vogelio *Specimen bibliothecae*. Tomo I°. Caietanus Rechpach (de quo in loco) fuit Auctor praecipuus hujus operis; sed adjutores, sociosque habuit nostros Josephum Carl, et Carolum Dollenz = *Somnium super Viennam nuper munitam* carmine non invenusto: Viennae 1743: ex doctissimo Leopoldo Gruber Cler. Reg. e Scholis Piis pag. 204 par. prima *Speciminis Bibliothecae*

Germaniae Austriacae Joannis Nicolai de Vogel.

Carrara Franciscus Bergomi n. 25 Sep. 1737, Soc. ac. in Prov. Romana 14 Oct. 1751 in cujus Asculano Collegio Concionator erat 1773. Obiit Venetiis mense Junio 1801. Opera = *Opere postume del P. Paolo Segneri Juniore etc.* tomis III. in 8 Bassani 1795 sumptibus Remondini Veneti. Hanc primam editionem operum posthumorum simul cum aliis iam editis cum vita etiam Segneri auctore eruditissimo Ludovico Antonio Muratori debemus Carrarae, qui suis praefatiunculis, et annotationibus editionem instruxit. Multa commendatione dignus Carrara fuit propterea quod nostrorum hominum m ss. collegerit, asservaveritque: in his vitam Hieronymi Lagomarsinii auctore Mazzolario, et plurimas elucubrationes Cordarae, quas Vincentius Giorgi edendas quam primum pollicebatur. Laudatae vitae Lagomarsinii Carrara praefationem, et notas adjecit. Convertit etiam italice ex gallico Domini Chaudon dictionarium virorum illustrium additis ex suo plusquinque millibus nominibus; sed cum in versione aliena quoque manu uteretur aut parum doctâ, aut nimis maligna, novam editionem dicti dictionarii meditabatur, crassissimos primae editionis errores emendaturus; in his illos qui ad Jacobum Lainez attinent. Carrara reliquit moriens legata haec m ss. et libros Benedicto Vulpio (Volpi) Bergomensi viro doctissimo, de quo in loco. Sunt Carrarae annotationes illae subjectae sermonibus Cordarae editionis Venetae 1804 in tertio tomo.

Carrol Joannes Anglo - Americanus Baltimore natus 8 Jan. 1736. Ex America in Europam transmisit, in qua 25 saltem annos commoratus est, et ibi Societati se addixit. Extincta Societate Americam repetiit; et in Marilandia Missionum Praefecturam obivit, munere Vicarii Apostolici decoratus. Cum Pius VI. suo decreto 12 Jul. 1789 Sacerdotes jussisset Catholicos una simul cogitare de Episcopo regionibus illis praeficiendo, et Urbe Sedis Episcopalis deligenda, ex 26 Sacerdotibus coeuntibus 24 suffragati sunt Carrolio in Episcopatum. Ex Marilandia ergo Carrolius solvit in Angliam, ibique ab Episcopo Ramae doctissimo viro Carolo Walmesley, qui sumpto nomine Pastorini celebrem in Apocalypsim vulgavit commentationem, fuit consecratus. Redux in Marilandiam Carrolius, Synodo Curionum habito, Ecclesiam illam nascentem optimis legibus praemunivit, sibique concedente Pio VI. Vicarium adjunxit Jesuitam Leonardum Neale Gortyniae Episcopum consecratum. Ædibus Sacris magnifice extruendis Carrolius 250,000 libras gallicas dono dedit, quae illi ex sortitione ludicra (vulgo *Lotto*) ab omnibus Catholicis sponte decreta, contigerant. Bibliothecam etiam publicam adjuvantibus etiam ultro Catholicis ad Civium utilitatem instruxit: Nihilque praetermittit, omniaque tentat ad Religionem, et Scientias amplificandas; in eoque omnes sui animi vires profundit vir excellentissimus. Cum iam ipse videret suae industriae Apostolicae fructus plurimos aucto incredibiliter Catholicorum numero ad Pium VI. anno 1807 litteras dedit, obsecrans, ut benigne dignaretur ob immensam Dioeceseos Baltimonensis latitudinem quatuor alias erigere, Neoeboraci unam, Philadelphiae alteram, tertiam Bostonii, quartam Kentucheiae; significavit etiam aliam post certum tempus in nova Aurelia erigi oportere; quibus Carrolii votis Pontifex Optimus annuit, et eum Archiepiscopum Dioecesium omnium Metropolitanum renunciavit. Tot praeclarissimis erga Religionem, ac cives meritis ornatum mors Carrolium occupavit an. 1815 exeunte, aut ineunte 1816. Opera = *An address to the Catholische of the united States etc.* Annapoli in Marilandia 1785 in 8. Est vehemens confutatio ad Catholicos missa seditiosae et haereticae epistolae Sacerdotis Angli Wharton Religionis Catho-

licae desertoris. = *Litterae Pastorales* multae, in quibus eminet illa de Pio VII. e durissima custodia Napoleonina in Pontificiam Romanam Sedem restituto. Extat in Ephemeride Romana, cui est inscriptio *Diario di Roma* auctore Cl. Petro Magnani, edita Romae 1814 numeris 44: 45: 46: et 47. Videantur Ephemerides Parisienses dictae *L' Ami de la Religion et du Roi*; Videatur etiam *Giornale Ecclesiastico di Roma*, tomis primo, et secundo, et sexto: et *Precis historique de la vie, e du Pontificat de Pie VI.* Auctore Blanchard: Londini 1800 typis Ph. Le Boussonier: et prae caeteris praeclarissimum opus titulo *Melanges de philosophie, d' Histoire, de morale, et litterature. Tome quatrieme, 43 livraison, et 44*. Parisiis 1808 auctore Cl. Stephano Antonio de Boulogne, doctissimo elegantissimoque viro; et quod pluris habendum est acerrimo Religionis Catholicae propugnatore, quem ad Infulas Trecenses (Troyes) Evectum Pius VII. immortalis memoriae acclamavit die 11 Julii 1808.

Casseda Petrus Xaverius Pompejopoli n. 2 Aug. 1759, Soc. ac. in Provincia Castellana 11 Jul. 1757, ex qua in Philippinarum Provinciam transmisit Neophitis illarum Insularum erudiendis operam daturus, quod laboriosum munus triennio egregie obivit usque ad exilium: quo factum est Cassedam Philippinas per regiones Mexicanas tendentem, Europam per promontoriumBonaeSpei repetentem totumorbem permensum fuisse. Societati in utramque Siciliam restitutae iterum se dedit, se daturus etiam iterum ut est animi invicto robore in infima corporis valetudine, suis carissimis Philippinis, quod non semel ex ejus ore, dum Romae degeret, accepi. Ex urbe cum aliis Sociis in Hispaniam an. 1815 navigationem suscepit, Societatem in eadem instauraturus. Opera. = *Sogno preliminare: Mercier in Gabbia*: omisis auctore, typographo, loco, et anno. Irridentur facete Mercierus, sophistae, ac Janseniani = *Realtà del progetto filosofico anarchia, e Deismo*: duab. part. 2791 omisis auctore, loco, ac typographo. Dialoghis 8 ostendit Mercierum auctorem libri inscripti *l' annee 2440* hostem et osorem esse Regum, ac Religionis = *I liberi Muratori schiacciati, origine, dottrina, ed avanzamento della setta* (liberi Massones contriti) etc. Assisii per Octavium Sgariglia 1791 in 4. Est opus gallicum Auctore, ut fertur, Domino Peron, et interpretatum a Petro Mogas, de quo in loco; et a Casseda notis, et appendice ornatum = Vertit hispanice, notis illustravit, appendiceque *de Aggeribus movilibus* instruxit praestans opus Caroli Borgo (de quo superius) inscriptum. *Analisi, o esame ragionato dell' arte della fortificazione, e difesa delle piazze*. Venetiis per Antonium Zatta 1777 in 4: Cassedae appendicem Borgo ipse notis ornavit = *Apparatus theologicus historice concinnatus* m. ss. Obiit Casseda Barcinone men. Junio 1816.

Cavina Virgilius Faventiae n. 13 Nov. 1731, Soc. ac. in Provin. Veneta 21 Oct. 1747 v. 4 nunc. 2 Feb. 1765. Traditis aliquot annos in Collegio Parmensi S. Rocchi disciplinis Mathematicis, easdem Sardiniae Regi morem gerens docuit Calari Regius, ac publicus Professor. Virgilii in Sardinia commorationem neutiquam diuturnam fuisse satis ostenditur ex littera tertia Riccati (*principii della Mecanica*) data Bononiae 28 Oct. 1770 ad Cavinam nondum navigantem in Sardiniam. Ex littera X. data 24 Dec. 1770 liquet Gavinam Calarim appulisse; et ex catalogo anno 1772 exeunte in convictu Bononiensi Civ.um S. Aloysii ille degebat. Restituta Societate in Siciliam obiit in Collegio Maximo Panormitano 2 Feb. 1808. Opera = *Elementi di Matematica* tom. III. Bononiae 1766 in 4 ex Gusta. = *tre problemi matematici*: ex eodem.

Cella Jacobus della, Placentiae n. 26 Jun. 1741, Soc. ac. in Prov. Veneta 14 Oct. 1757. Theologiam an. 1772 addiscebat in quartum annum in Collegio

Bononiensi S. Luciae. Extincta Societate renuntiatus fuit Cella Decanus nobilioris Collegii Sacerdotalis Placentini. Inter Arcades nomen habuit Olindi Abeatici. Id temporis (1816) Collegium Viterbiense S. J. moderatur. Opera = *Della Famiglia Anguisola Elogio Storico*. Placentiae 1779: Ex *Progressi dello Spirito Umano ... o sia giornale letterario etc. alli confini della Italia* 1800: ubi pag. 139 laudatur ab eruditione historica, et robusta in dicendo vi. = *Alle reali Maestà i Re, e la Regina di Etruria Don Lodovico di Borbone etc.* Placentiae typis Nicolai Orcesi 1801. Elegans est Idyllion Italicum in adventum Hetruriae Regum in Placentinam Urbem. = *Orazione in lode di S. Filippo Neri*: ibid. 1802 = *Al preclarissimo amico Gianpaolo Maggi etc.* ibid. in fol. Laudatio est elegans Praepositi Poggiali a Cella concinnata, et ad amicum Maggium missa = *Oratio publice, habita Viterbii in templo D. Ignatii tertio* Id. *Dec.* 1815 *pro fausta Collegii, ac studiorum instauratione*, Viterbii 1815 apud Dominicus Rossi. Praeclara *Ardentium* Viterbiensis Academia sumptus editionis praebuit, ac orationem dicavit Joanni Francisco Falzacappa illustri Praelato Romano. Eleganter ac sapienter praescribit quanti sint veteres, quanti recentiores aestimandi.

Cernitori Josephus in Urbeveteri n. 19 Jan. 1749, Soc. ac. in Provincia Romana 26 Jan. 1766, in cujus Romano Collegio Physicae addiscendae operam navabat an. 1772 Extincta Societate cum Francisco Antonio Zaccaria assiduissime fuit; cur non dicam eum contubernalem semper charissimum? Unde sub tanti Magistri disciplina non exigui eruditionis fructus in Cernitorium manarunt. Restitutae ab Immortali Pio VII. Societati quamprimum se addixit, hodieque degit in Romana Professorum domo. Op. = *Della letteraria, e Cristiana istituzione della prima Gioventù* (De instituenda Christiane, et erudite Juventute) lib. 2 Romae 1788 in 8 per Salomoni = *Bibliotheca Polemica degli Scrittori che dal 1770 sino al 1793 hanno o difesi, o impugnati i Dogmi della Cattolica Romana Chiesa*. Romae 1793 typis Salomoni in 4. Opus insigniter utile ad dignoscendos propugnatores atque etiam oppugnatores Religionis Catholicae Romanae, qui ab anno 1770 ad 1793 scripserunt; cujus styli perspicacia, brevitas, et in narrando fidelitas merito laudatur a doctissimo, et vulgatis scriptis Clarissimo Josepho Tamagna ex Ordine Minorum, quos Conventuales vocant in judicio, quod de eodem opere publice tulit.

Cesaris Angelus G. de: n. 30 Oct. 1749, Soc. ac. in Provin. Mediolan. 17 Oct. 1764. Theologiae addiscendae operam dabat an. 1772 in annum secundum in Collegio Mediolanensi, et Matheseos erat Academicus, qui honoratus clarusque titulus nonnisi doctrina praestantibus deferebatur. Mathesis studio inflammatus in ea excolenda vim omnem ingenii posuit, eo successu, ut extincta Societate Speculae astronomicae Mediolanensi praeficeretur. Jussu Regio missus est anno 1776 Cremonam ad determinandam Cremonae, ac Ticini latitudinem, et longitudinem geographicam; necnon distantiam utriusque Urbis Meridianorum a Mediolanensi Meridiano. Plurimas perplures annos Ephemeridas Astronomicas vulgavit, quarum dinumerationem, etsi primo intuitu molesta videatur, necessariam esse duco, cum in illis permulta alia opuscula scitu digna contineantur. Opera = *Efemeridi astronomiche per l'anno 1775 calcolate pel meridiano di Milano con aggiunta di altri opuscoli*. Mediolani 1774 apud Josephum Galeazzi in 8 = *Ephemerides astronomicae anni intercalaris 1776 ad Meridianum Mediolanensem ... cum adjectis Sociorum opusculis*. Mediolani 1775 apud Josephum Galeatium in 8. Animadvertet Lector has ephemerides non italice, uti primae, sed latine esse conscriptas = *Ephemerides astronomicae an.* 1777 *etc.* ibid. 1776. = *Ephemerides Astronomi-*

cae etc. anni 1778 ibid. 1777 = *Ephemerides Astronomicae etc. anni* 1779 *etc.* ibid. 1778 = *Ephemerides astronomicae anni intercalaris* 1780: ibid. 1779; et continent opusculum *De aedificio, et machinis speculae astronomicae Mediolanensis Commentarius* = *Ephemerides astronomicae anni* 1781 *etc.* ibid. 1779 = *Ephemerides astronomicae anni* 1782 *etc.* ibid. 1781: et continent opusculum *De Cometâ anni* 1781 = *Ephemerides astronomicae anni* 1783 *etc.* ibid. 1781: extat quoque *Oppositio Martis anni* 1781 = *Lettera ... al Signore ... a Berlino*: Extat in *Progressi ... Giornale Letterario etc. Alli Confini d'Italia* 1783. Objecta solvit a Cl. Paulo Frisi adversus Ephemeridas anni 1783 = *Ephemerides astronomicae anni intercalaris* 1784 *etc.* ibidem 1783: extant ibi *Observationes Solis habitae Mediolani ab anno* 1773 *ad finem* 1782 cum Socio Francisco Reggio; et *Observatio Veneris observata, et supputata.* = *Ephemerides astronomicae anni* 1785 *etc.* ibid. 1783; extant etiam *occultationes stellarum* E (epsilon) *piscium*, et Π (py) *Scorpii observatae et supputatae* = *Ephemerides astronomicae anni* 1786: ibid. 1785 cum his tribus opusculis: *Positiones Mercurii observatae: Oppositio Martis an.* 1783 *et Conjunctiones inferiores Veneris cum Sole anni* 1782 *et* 1783 = *Observationes astronomicae anni* 1787 *etc.* ibid. 1785 cum his quinque opusculis: *Oppositio Jovis, et ejusdem conjunctio cum stella* ϵ (sygma) *Aquarii an.* 1784: *Conjunctio superior Veneris cum Sole an.* 1784: *Occultatio Veneris sub Luna an.* 1785: *Occultatio* φ (phy) *Sagitterii sub Luna* 16 *Augusti* 1785: *Occultatio* E (Epsilon) *Geminorum* 22 Oct. 1785 = *Ephemerides astronomicae anni intercalaris* 1788 *etc.* ibid. 1787 cum his duobus opusculis scil. *De linea meridiana descripta Mediolani commentarius; et observationes Mercurii sub Sole an.* 1786 = *Ephemerides astronomicae an.* 1789 *etc.* ibid. 1787 cum his duobus opusculis: *Observatio Cometae anni* 1786*, et Observatio eclipsis Solis die* 15 *Junii* 1787 = *Ephemerides astronomicae an.* 1790: ibid. 1789 cum his duobus opusculis *Observationes Veneris in ejus conjunctione cum Sole mense Aug.* 1788; *et de montibus Vulcaniis Lunae commentarius* = *Ephemerides astronomicae anni* 1791: ibid. 1789 una cum his 5 opusculis *Observationes Veneris post ejus conjunctionem mense Augusti ad maximam digressionem mense Octobri* 1788: *Observatio eclipsis Solis die* 4 *Junii mane* 1788: *Observationes Mercurii in elongatione a Sole mensis Octob.* 1788: *Occultationes stellarum in occursum Lunae*: *Observationes annuli Saturni mensibus Aug. et Octobri* 1789 = *Ephemerides astronomicae anni* 1792: ibid. 1791 una cum his duobus opusculis *Occultationes stellarum in occursum Lunae*; *et de Quadrante murali* = *Ephemerides astronomiae anni* 1793; ibid. 1792 una cum his 5 opusculis: *Conjunctio inferior Veneris cum Sole anno* 1790: *Oppositio Martis anni* 1790: *Oppositio Jovis in occursum Lunae ann.* 1792: *Oppositio Martis an.* 1791 = *Ephemerides astronomicae an.* 1794: ibid. 1793 una cum *phaenomeno metereologico, quod aliqui tribuunt Veneri* = *Ephemerides astronomiae anni* 1795 *etc.* ibid. 1794 una cum dissertatione *de Telescopio Herscheliano.* = *Ephemerides astronomicae anni intercalaris* 1796 etc. ibid. 1796, una cum observationibus Mercurii, et Veneris 1791: 92: 94, et 95 et occultationibus stellarum in occursum Lunae ab an. 1792 ad 1795, et oppositionibus Saturni, Urani, et Martis annis 1793, et 1794 = *Ephemerides astronomicae anni* 1797 *etc.* ibid. 1796: simul cum *oppositionibus Saturni, et Martis observatis ... annis* 1795*, et* 1796 = *Ephemerides astronomicae anni* 1798: ibid. 1797 una cum conjunctione inferiori Veneris et Solis mense Aug. 1796; Oppositione Saturni mense Dec. 1796; et oppositione Urani mense Febr. 1797 = *Ephemerides astronomicae anni* 1799 *etc.* ibid. 1798 una cum Observationibus Mercurii anni 1797; de Diametro Saturni:

de occultatione φ (Phy) Sagittaris in occursum Lunae 21 Aug. 1798; ubi laudat Cl. Astronomos Burg et Triensneker nostri Hellii Successores, qui *Ephemerides astronomicas Viennenses* 1795 et 1796 ediderunt etc. = *Ephemerides astronomicae anni* 1800: ibid. 1799 cum nonnullis ejusdem observationibus = *Ephemerides astronomicae anni* 1801 *etc.* ibid. 1800 una cum occultationibus Planetarum in occursu Lunae ann. 1801 = *Ephemerides astronomicae anni* 1802: ibid. 1801 una cum *de usu observationum stellarum circumpolarium*, et occultatione α (a) Virginis sub Luna die 30 Martii 1801 = *Ephemerides astronomicae an.* 1803 ibid. 1802 = *Osservazioni del Sole al quadrante murale*: extat in *effemeridi astronomiche an.* 1804 = *Opposizione di Urano etc.* extat in *Effemeridi astronomiche etc.* an. 1805 = *Di una nuova specie di Livello a filapiombo per la verificazione de' quadranti astronomici* simul cum *Elogio Storico dell' abate Francesco Reggio* extat in *Effemeridi astronomiche etc.* an. 1806 = *Sulla paralasse delle stelle riflessioni* extant in *Effemeridi astronomiche* an. 1807 = *Osservazioni metereologiche*: extat in *Effemeridi astronomiche* an. 1809: simul cum *Metodo per verificare la posizione della machina equatoriale* = *Continuazione delle osservazioni meridionali del Sole al quadrante murale di* 8 *piedi* simul cum *osservazioni metereologiche etc.* extant in *Ephemeri astronomiche* 1810 = *Riflessioni sul limite degli errori probabili nelle osservazioni astronomiche*: extat in *Effemeridi astronomiche etc.* 1811 = *Osservazioni per determinare i solstizii, e l' obliquità dell' eclittica etc.* extant in *Effemeridi astronomiche* 1812 = *sul movimento oscillatorio, e periodico delle fabriche*: extant in *Effemeridi astronomiche* ann. 1813 simul cum observationibus metereologicis = *Riflessioni sopra gli Orologi astronomici* simul cum observationibus meterologicis: extant in *Effemeridi astronomiche* an. 1814 = *Continuazione delle osservazioni meridiane del Sole al quadrante murale*: extant in *Effemeridi astronomiche di Milano per l' anno* 1815 *calcolate da Francesco Carlini con appendice* Mediolani 1814.

Cetti Franciscus Novocomi n. 9 Aug. 1726, Soc. ac. in Prov. Mediolanensi 13 dc Oct. 1742 v. 4 nun. 2 Feb. 1760 Ex Mediolanensi Provincia voluntate, et impensis Regis Sardiniae in Sardiniam cum aliquot Sociis transmisit, ut Sardoa gymnasia nobilitaret; ibi Philosophiam, et Historiam naturalem tradidit. Obiit Sassari. Opera = *I Quadrupedi di Sardegna* Sassari 1774 apud Josephum Piattoli in 8. Praeit Descriptio Sardiniae, in qua pollicetur Auctor se vulgaturum etiam historiam Sardiniae fossilium; quod perfeceritne prorsus ignoro = *Gli uccelli di Sardegna*: ibidem 1776 qui annus, ut Auctor ait pagina 79, decimus erat suae in Sardinia commorationis = *Anfibi, e Pesci di Sardegna* ibid. 1777, quam historiae naturalis historiae partem dicat Auctor Illmo, ac Rmo Domino Josepho Mariae Pilo ex inclyta Carmelitarum familia Episcopo Uselli, et Terrae albae.

Cicconi Titus, Laureti n. 14 Mar. 1779 Soc. ac. Colurni prope Parmam 15 Oct. 1801. Modoetiae Rhetoricam haud modica laude docuit. Jesu Societate ubicumque gentium, et terrarum ab immortali Pio VII. restituta Romam advenit; ubi eum Professorum aedes incolentem quam saepissime invisi; et ex cujus ingenio, eruditione, ac sermonis comitate suavissimos jucunditatis fructus identidem cepi. Urbinum Roma discessit eloquentiam Urbinatibus traditurus, quod ille munus egregie sustinet hoc anno 1816. Opera = *De vi trium verborum*

מנא תקל ופרסין

In Vulgata

Mane, Thecel, Phares, *Disquisitio*. Mediolani typis Joannis Pirotae 1814 in 8. In hac eleganti, et erudita disquisitione acute Titus ostendere nititur nihil Danielem in interpretatione

de suo attulisse: sed quam dicunt interpretationem omnino respondere verae et propriae verborum significationi; quae non solum ex Grammatica ipsorum vi significant *numeravit*, *appendit*, *divisit*; sed etiam quae putantur adjecta in Danielis interpretatione. Edidit etiam tacito nomine = *Supplimento alla lettera d'un Italiano al Sig. de Chateaudbriand autore dell'opera intitolata*: Buonaparte, e i Borboni. Mediolani apud G. Pirotta 1814. Nationem Italam Auctor modeste defendit. In aliquot exemplis hujus editionis extat epistola Caietani Bugati S. Theol. Juris Utriusq. et Collegii Ambrosiani Doctoris atque Ambros. Bibliothaecae Pro - Praefecti ad Titum, in qua miratur *ejusdem linguae chaldaicae*, *ejusque affinium scientiam ... dicendi que copiam cum perspicuitate conjunctam*.

* Codorniu Antonius = *Examen de las que quieren ser Monjas*, *utilissimo a las que ya lo son etc.* (Inquisitio tum Virginibus Deo sacris, tum sacrandis utilissima). Barcinone 1763 typis Mariae Angelae Marti: iterum recusa fuit impensis Comitissae del Casal numos promptissimo animo suppeditantis, hujusmodi piis libris edendis.

Coletti Jacobus Venetiis n. 2 Maii 1734, Soc. ac. in Prov. Veneta 11 Oct. 1752, v. 4 nunc. 2 Feb. 1770. Patavii commorabatur anno 1772 Socius, et adjutor datus Danieli Farlati *Illyrici Sacri* Scriptori. Opera = *Elogium Danielis Farlati*: extat in tomo V°. *Illyrici Sacri* edito Venetiis 1775, quem Colettius, Daniele vita functo, dicat Archiepiscopo Jaderensi = *Notationes* oppido eruditae: extant sub finem operis Farlati inscripti *De artis Criticae inscitia antiquitati objecta*. Venetiis 1777 apud Sebastianum Coletti = *Luciferi Episcopi Calaritani opera omnia*, *quae extant*. Venetiis per Fratres Coletti 1778 in fol. In hoc opere edendo Jacobus Adjutorem habuit Joannem Dominicum germanum fratrem, de quo quam mox disseram. Pio VI. dicarunt ambo Luciferi opera eruditissima praefatione, Auctoris vita, doctis perpetuisque notis locupletata. Jacobo debetur (fortasse Socio etiam Joanne Dominico) accuratissima emendatio 10 librorum graecorum D. Gregorii Episcopi Agrigentinorum, quos primus edidit, latineque convertit Stephanus Antonius Morcelli. Videatur *Giornale Ecclesiastico di Roma*: tom. sexto.

Coletti Joannes Dominicus Jacobi Frater Venetiis n. 27 Sep. 1727, Soc. in Prov. Veneta ac. 26 Jul. 1753, v. 4 nun. 15 Aug. 1766. Ex Italia in Provinciam Quitensem Americae Meridionalis transmisit, vineam illam salutari Evangelica cultura foecundiorem praestiturus, ex qua non exiguos fructus, atque laudes retulit. Eidem non ultima pars debetur mirificae Bibliothecae Quitensis, quae vel in Europa maximi haberetur. In Italiam redux in Collegio Balneocaballensi Theologiam de moribus an. 1772 profitebatur. Extincta Societate renuntiatus fuit Archipresbyter oppidi Spercenigo Dioecesis Tarvisianae, ubi obiit. Cl. Gusta asserit Venetiis obiisse an. 1801. Opera = *Vita D. Joannis Evangelistae*, hispanice, quae Limae fuit edita: ex Joanne Antonio Masdeu in m ss. *Elogii di alcuni Religiosi .... della Provincia di Quito* = *Dizionario storico-geografico dell' America Meridionale*: tom. II. in 4 Venetiis 1771 typis Coletti. Ornatur opus tabula geographica ab eodem descripta. Monitus Colettius a Quitensibus Sodalibus de multis, quae desiderabantur, vel parum erant veritati consentanea, de dictionario curis diligentioribus edendo cogitaverat = *Notizie storiche della Chiesa Arcipretale di S. Pietro in Sylvis di Bagnacaballo* 1774 = *Historia Provinciae Quitensis* m ss. ut non semel ex Quitensibus audivi. Joannem Dominicum Cl. De la Lande eximius Astronomus Gallus asserit (*Voyage ex Italie*, tomo VII. Genevae 1790) novam editionem *Italiae Sacrae* Ughelli cum additionibus, ac correctionibus magni momenti parare.

Sed cum anno 1717 Nicolaus Coletti, quem Joannis Dominici, et Jacobi patruum reor, edere coeperit dictam Ughelli *Italiam* correctionibus, et additamentis auctam, fere suspicor de la Landem errore laborare. Idem Landius tribuit etiam Joan. Dominico plures, et utiles accessiones ad opus Sertorii Ursatis *De siglis*, seu notis compendiariis inscriptionum.

Coletti Liberalis Venetiis n.19 Dec.1745 Soc.ac.in Prov.Veneta 16 Oct.1760. Exeunte an. 1772 Theologiae addiscendae Bononiae operam dabat in tertium annum, traditis antea Ferrariae humanitatibus. Asserit Gusta illum in Patria obiisse an. 1775; et in lucem dedisse = *La Villa Borghese Poema*. Ferrariae 1770 in fol. = *Gli scrupoli Poema*.

* Conca y Alcaraz Antonio Gusta tribuit interpretationem italicam hispanici Elogii Cardinalis Ximenez Cisneros. Genuae 1805.

* *Cordara* Jul.C. = *Dissertazione circa il martirio de' Santi Prima e Filiciano*: extat in tom. VIII *Raccolta di dissertazioni ... per opera di F.A.Zaccaria*. Tria epigrammata italica (Sonetti) oppido venusta de electo Josepho II. in Romanorum Regem, de Jesuli ortus natali, et de Deipara in coelum assumpta multa etiam venustate latina reddidit versu elegiaco Jacobbus Picozzi S. J. et extant in *Anacreontiche etc.* Mediolani 1794 apud Franciscum Fogliani. Vide Picozzi. Editor *Parnassi Italici* typis vulgati Venetis 1792 in tomo 52° poemata Italica in Insecta quorum certissime fuit Auctor Julius Caesar Cordara, non recte tribuit Angelo Cordara qui Novariae ni fallor n. 19 Nov. 1728, Soc. in Prov. Mediolanensi ac 13 Oct. 1746 v. 4, nunc. 12 Feb. 1763 Celeberrimus fuit per principes Italiae urbes concionator; et in ipso extinctionis Societatis anno Conciones quadragesimales ad Populum Romanum in templo Domus Professae incredibili plausu habuit et cujus scripta, siquidem aliquid edidit, me latent Nescio quo jure Julium C. *Sordium* dicat Paschalis Guida adnotatione 15 et 66 in *Hirpini Poetae in Germanum Pentecatostichon*, Neapoli 1789 ex typog. Simoniana.

* Cunich Raymundus ab Arcadibus nomine fuit pastoritio nuncupatus *Perelaa Megaride*: In ejus laudem eximiam elegiam latinam cecinit elegantissimus Josephus Antonius Taruffi Bononiensis quae extat in *Progressi ... Giornale letteraria .... Alli Confini d' Italia* 1783 Eruditissimus Cancellierius in opere *Osservazioni ... sopra l'originalità della Divina Commedia del Dante* iterum nobis spem affert edendi Cunicchii carmina, quae Petrus Pizzelli Lydae filius eidem dono dederat.

D

Demarco Xaverius n. 5 Nov. 1727, Soc. ac. in Prov. Neap. 20 Jun. 1745 v. 4 n. 2 Feb. 1761 Philosophiam tradiderat in Coll. Maximo Neapolitano. Erat in vivis 1785 Op. = *Il fluido elettrico applicato a spiegare i Fenomeni della natura*. Anconae 1771; carmine Etrusco elegantissimo. Summopere laudat hoc opus noster Josephus Marianus Parthenius in litteris ad Xaverium scriptis, et extant in libro quarto epistolarum mss. = *Ad Beatissimum Patrem Pium VI. Soteria*: Incipit *Sat lacrymis, sat Roma datum*: *discedite curae etc.* versu elegiaco. Romae typis Salomoniis 1779 in 4 = *Memorie istoriche delle imagini di M. SSma che si venerano in Roma coronate dal Rmo Capitolo di S. Pietro in Vaticano etc.* tomi IV. in 8. Romae typis Salomoni 1795, sine auctoris nomine. Icones recenset Deiparae, quas ob insignia beneficia, vel miracula patrata Collegium Canonicorum S. Petri aureis coronis ornavit = *Dissertazione sopra la pretesa caduta di S. Marcellino Papa* = *Dissertazione in difesa di S. Giulio Papa*: extant in tomo primo *Raccolta di dissertazioni ... per opera di F. A. Zaccaria* = *Dissertazione: tratta sopra la difesa di S. Pietro, e di altri Pontefici Romani*: ibid. tom. XIV. = Xaverius quoque in

sermone Etrusco convertit orationem latinam Parthenii pro alma Domo Lauretana, et edita fuit Laureti, et Duci Parmensi dicata. Ex Epist. 25 libri 4 Parthenii Italicam reddidit egregiam Epistolam gallicam piissimi ac doctissimi Viri Simonis Gourdans ex Canonicis Regularibus a S. Victore Parisiensibus, qua Cardinali Noailles Archiepiscopo Parisiensi interroganti respondet cultum Sacratissimi Cordis Jesu esse antiquum, sanctum, et homini Christiano necessarium.

De Saive N. N. quem ex Prov. Gallobelgica fuisse puto = *Notice sur la vie, et les Ouvrages de Mon. l'Abbè de Feller Exjesuite*. Leodii apud Lemarie 1802 tacito nomine; sed testem habeo Saiveum Auctorem fuisse nostrum Carolum Budardi, qui cum in Belgio degeret, nostros intimae novit; ex ipso Budardi Saiveus quoque Geographiam Buffieri edidit cum multis accessionibus. De Saive etiam Fellerum juvit in correctionibus dictionnarii geographici Canonici Vosgien (quo latet Abbas L'Advocat) fatente ipso Fellero Journal tomo XV. Saiveo debetur ex ipso Fellero mense Junio 1786 nova editio geographiae Patris Buffier facta Leodii apud Lemarie 1786 hoc titulo: *Geographie universelle, suivie d'un traité de la sphere; par le Pere Buffier. Edition revue, corrigée, et assortie a l'etat geographique, et politique actuel du glob terrestre par Mr. l'abbè D. S.*: Item anno ni fallor 1804 altera editio Leodiensis duobus tomis in 12, quorum secundus inscribitur *Supplement a la geographie du pere Buffier etc.* quam laudant *Annales litteraires, et morales. Tome troisieme*. Parisiis apud Adrianum Le Clerc 1805. Notandum est nostrum latere voluisse sub siglis D.S.

* Denis Michael = *Versi in morte di Maria Teresa Imperatrice Regina tradotti dal Tedesco in Italiano*. Neapoli 1781: ex Indice Bibliothecae m ss. Cardinalis Valentis Gonzaghae. Vide *Avesani*. Mihi adhuc est incognitus interpres italicus hujus carminis Germanici, auctore Denisio in obitum Mariae Theresiae.

* Diesbach Nicol. Jos. Albertus = *Il zelo meditativo di un pio solitario Cristiano etc.* Taurini 1774 in 8. ex catal. libr. Remondini 1804.

Dirnbacher seu Diernbach Joannes Nepomac. Pragae n. 1730, Soc. ac. in Prov. Bohemiae, in cujus Olomucensi Collegio Doctor, et Professor erat Physicae experimentalis anno 1772. Opera = *Dissertatio de causa physica evaporationis*. Olomucii 1774 in 4: ex *Austria docta*, quae *Durnbacher* pro *Dirnbacher* vocat.

Droste Jodocus n. 1732. Soc. ac. in Prov. ad Rhenum inferiorum 1749. Degebat an. 1770 in domo Trevirensi primae probationis: Extincta Societate Curio fuit Parochiae cujusdam Treviris. Ibi obiit 19 Januaris 1783. Opera = *Die Wissenschaft recht zü büssen*. Treviris apud Fischer 1780. Docte, et pie agit de vera Poenitentia ex mente Concilii Tridentini: Ex Feller *Journal etc.* tom; 1557, asserente hunc tomum subsecuturos duos alios de eodem argumento; et revera eodem anno editus fuit tomus secundus et tomus tertius 1781 teste eodem Fellero (*Journal* tomo 158, et 160).

Durosoy Joan. Baptista n. 10 Febr. 1726, Soc. ac. in Provin. Campaniae 17 April. 1744, in cujus Argentinensi Collegio auno 1765 Logicam tradebat in annum septimum. Extincta Societate illum Episcopus Princeps Basileensis in Consiliarium Ecclesiasticum delegit. Op. = *Philosophie sociale* (Hominis Officia exponit) Parisiis apud Berton: ex *Progressi ... Giornale letterario ... alli confini d'Italia* 1784.

E

* Engstler Josephus Mathia = *Institutiones linguae sanctae item cum appendice de dialecto Chaldaica, et lexidio Vocum hebraicarum*. Viennae 1778: ex Catal. Bibliothecae Cardin. Garampii.

Espinha Josephus, Lusitanus in Si-

nas trajecit, ubi ob disciplinarum Mathematicarum praestantiam a Sinensium Imperatore renuntiatus fuit Praeses Tribunalis Astronomiae Pekinensis. Eum Episcopus Macaoënsis, haud quidem nimioplus Societatis fautor, Vicarium generalem et Administratorem Episcopatus Pekinensis constituit; quod illustre munus confirmatum voluit Supremum Goanum Tribunal. Iudica Lusitanorum Regum jura qua scriptis, qua factis privatim, et publice fovit: ex quo, nonnulli, a quibus minime expectandum erat, injuriis eum, et Socios prosciderunt. Denuntiata Jesuitis Pekinensibus ab Episcopo Macaonensi Clementino extinctionis decreto, Espinha qui Pekini vicarius erat dicti Episcopi, non obedivit tantum, sed et sui obedientiae, ac reliquorum testificationem misit subscriptam Pekini 30 Sep. 1775. Sed cum novisset nescio quos homines per summum mendacium Espinham, et reliquos socios neutiquam obedientiam praestitisse decreto Clementino dicere; sed potius refractarios fuisse, idem cum Ignatio Sichelbaut, Joanne de Seyxas, Ignatio Francesco, Andrea Rodriguez, Josepho Bernardo, et Paulo Hyachinto, ut tantam calumniam confutarent, testimonium legitimum testibus, ac scriba firmatum subscripsere 1777, et at Aulam miserunt Lusitanam de eorum omnimoda obedientia erga Clementinum extinctionis S. J. decretum. Espinha erat in vivis anno 1785. Opera = *Tabula Chorographica* (Imperatoris jussu) Provinciarum quae *Tourgouths*, *et Eleuthes* appellantur, Imperio Sinico anno 1757 adjectarum. Qua in tabula describenda adjutorem habuit Espinha Jesuitam Rocha Lusitanum praestantem quoque Mathematicum = Plures observationes astronomicas = Jurium Lusitanorum defensionem. Videatur tomus decimus secundus *Memoires concernant l'histoire ... des Chinois*. Parisiis 1786: Vide Amiot in primo Supplem. laudatum: et *Compendio istorico della espulsione etc.* ac denique tomum XXXIV. praeexcellentis Historiae Ecclesiasticae Canonici Noviodunensis Berault-Bercastel pag. 284 Pro Espinha prave scribunt aliqui *Espigna*, et *Spiguha*.

Espinosa Antonius n. 31 Dec. 1697 Soc. ac. in Prov. Toletana 11 Octob. 1719, v. 4 nun. 2 Feb. 1731. Tradita Philosophia, et Collegiis aliquot prudenter administratis, Regio Seminario Nobilium Matritensi praeficitur. Insignis fuit florentissimi Collegii Murciani Benefactor, quod pluribus partibus ornatissime auxit, et insuper in idem transtulit Regium privilegium numquam aliis scriptoribus concessum edendi per 50 annorum decursum suam historiae Populi Dei hispanicam interpretationem. Obiit Espinosa Forolivii post extinctam Societatem. Opera = *Historia del Pueblo de Dios Primera Parte* est versio ex gallica Beruyer a Judicibus Romanis aequissime poscripta. Tomi XII. in 4. Historiam contexit populi Dei usque ad Jesu C. ortum. Matriti = *Historia del pueblo de Dios Segunda Parte ... corregida y emendada* Matriti 1755 typis Viduae Emmanuelis Fernandez in 4 tom. VI. ut Interpres pollicetur in primo tomo hujus secundae partis. Vidi tantum tomos primum, secundum, tertium, et quartum; qui absolvitur J. Christi mortis narratione: unde tomus quintus, et sextus integra Apostolorum Acta complectebantur. Verum esi Berruyerum hanc eam partem tomis octo comprehendisse; sed cum primus tomus prologi vicem agat, et ultimus conficiatur ex dissertationibus latinis pejoris notae quam historia, eos Espinosa neglexit hispanice reddere. In praefatione ad Lectorem primi tomi secundae partis probabili excusatione aliquomodo Berruyerum defendit; asserit enim illum historiam mss. antequam illam ad Praesides mitteret examinandam, et exinde probandam, vel reprehendendam, suis amicis legendam tradidisse, qui eodem fraudis nihilum odorante, elam celerrimis prelis subjecerunt. Manifestum est etiam Jesuitas Gallos, sed maxime Tounemi-

nem acerrimum fuisse errorum Berruyeri oppugnatorem; imo Berruyer ipse praeclaro documento, quod legitur in memoriis Trevoltensibus anno 1754 mense Jannario, suos confessus est errores = *Compendio de la Historia de España*: tom. II. Matriti. Est Versio gallicae synopsis Jacobi Antonii Duchesne, aucta tum narratione gestorum ab an. 1733 ad 1749, tum synopsi Geographica Hispaniae.

F

* F. T. = *Parere sul Giuramento, e sulla alienazione de beni Ecclesiastici etc.* Assisii 1799 in 8 tacito typographo oppugnatur Bolgenius. Vid. Thiulen.

Falcino Joa. B. Pedimulerensis, ditionis Mediolanensis, n. 16 Jul. 1731, Soc. ac. in Provin. Germaniae Sup. 14 Oct. 1748 v. 4 nun. 2 Feb. 1766. Philosophiam annos 7 tradita jus Ecclesiasticum, et Theologiam de moribus docuit annis plusquam 20; et anno 1773 in Bruntrutano Collegio praeerat quaestionibus domesticis de moribus enodandis. Obiit Lucernae, cum esset Nunciaturae Apostolicae Cancellarius. Absolutam reliquit Theologiam Moralem prelo subjiciendam. Sic Anonymus Lauretanus consultus a Cl. Tito Cicconi S. J.

Falkner Thomas natione Anglus, Cl. viri Riccardi Mead in arte Hypocratica egregius discipulus; abjuratis Synagogae Anglicanae erroribus, in Paraquaria Provincia Societati nomen dedit, ubi acutissimus in arte plurimam, et mirabilem operam contulit in nostris, et exteris aegrotis medendis. In Patriam communi Hispanorum exilio redux, edidit Londini an. 1774 descriptionem Patagoniae, quam ego gallice conversam legi. Edidit etiam volumina duo de Anatome corporis humani, quae plurimi sunt pretii apud hujus artis peritos.

Faludi Franciscus Nemetvirini in Hungaria n. 25 Martii 1704, Soc. ac. in Prov. Austriae 14 Oct. 1720, v. 4 n. 2 Febr. 1738. Poesim, Rhetoricam, Philosophiam, ac Mathematicam docuit; et Romae Poenitentiarii munus obivit. Anno 1773 in Collegio Posoniensi Scholis praeerat. Obiit an. 1780. Opera. = *Udvari ember* (Vir Aulicus) Tyrnaviae 1750 = *Nemes ember, et nemes Asszony* (Vir nobilis, et foemina nobilis) Budae 1749 = *Nemes Urfi* (Nobilis puer) Posonii 1770: ex nostro Katona *historia pragmatica* par. 2. Harum Faludii operum inscriptionum Hungaricarum interpretationem debeo Stephano Dobos Equiti Hungaro doctrina, ac religione spectatissimo ex praeclarissimo S. Pauli Eremitae Ordine.

* Faure Joan. Baptista = *Il Giudizio imparziale etc.* Hoc opus a nescio quo fuisse faede corruptum, et typis vulgatum asserit Auctor anonymus operis cui titulus *Il Giudizio imparziale ... ridotto all'esame etc.* Lugani 1780 = *Lettera di Monsig. N. N. sulla causa del P. Pisani*: ex Clar. Gusta.

* Feller Fr. Xaverius. Praeter interpretationem Italicam Cathechismi Philosophici superius laudatam, novam aliam suscepit Titus Bonsanti Neapolitanus vir plurima eruditione praestans ex illustri Dominicana familia, atque Neapoli typis edidit. Hanc recentem interpretationem novi ex Cl. Josepho Airenti Bibliothecario Casanatensi doctissimo, cujus eruditioni mea litterarum studia plurimum debent.

Felner Ignatius in Collegio Landsbergensi Provinciae Bavaricae tyronem agebat an. 1773. Extincta Societate Friburgi-Brisgoici humaniores litteras tradidit = Epistolas Ciceronis in sermonem Germanicum transtulit: Ex anonymo Lauretano a Cl. Tito Cicconi S. J. consultor.

Feraud Joannes Franciscus Massiliae n. 17 Apr. 1725, Soc. ac. in Provin. Lugdunensi 1741, latinitatem, et Rhetoricam, docuit in Collegio Vesontino, ubi nonnulla tam soluto, quam ligato sermone conscripsit viris eruditis ad-

modum probata. Massiliae nostrum egregium mathematicum Pezenatem speculae Astronomicae Massiliensis fundatorem adjuvit in convertendo gallice Dictionarium anglicum scientiarum, et artium Angli Dyche, quod typis vulgatum fuit Avenione 1753 Exul e Gallia cum reliquis Sociis, ditionem Pontificiam adiit: ex qua tandem in patriam rediit, ubi civibus suis doctrina, et exemplis virtutum omnium inserviens obiit 8 Feb. 1807. Praeter laudatum Dictionarium cui interpretando operam suam Pezenati commodavit, edidit = *Dictionnaire grammatical*. 1762, Massiliae ni fallor: quod quater fuit typo vulgatum, et Academicos Massilienses permovit ut nostrum in Academiam cooptarent = *Dictionaire critique de la langue Françoise*. Volum. 3 in 4 anno 1788, et Massiliae in fallor. Reliquit volumen m ss. *de additamentis, et correctionibus* laudati Dictionarii critici sicuti etiam nonnulla de lingua Provinciali. Dominicus Rostan Academicus Massiliensis typo edidit Vitam nostri Feraud.

* Ferrari Guido = *C. Crispi Sallustii opera omnia ... una cum veterum historicorum fragmentis adnotationibus illustrata*. Venetiis 1776 per Remondini: ex ejusdem catalogo librorum 1778.

* Ferrer, Llapard Josephus, Barcinonae n. 26 Feb. 1752, Soc. ac. in Prov. Aragoniae 23 Nov. 1766 Obiit Romae 25 Sep. 1813 diuturna aegritudine, et doloribus acerbissimis fortiter, christianeque toleratis. Opera = *Hymnodia Sacra Española*: Egregio carmine hispano, vario multiplici que metro interpretatur Hymnos omnes Breviarii Romani, sicuti etiam hymnum Ambrosianum, Symbolum D. Athanasii et Sequentia 5 Missalis Romani. Manet m ss. quod summa delectatione perlegi ob elocutionis nitorem, carminis excellentiam, et jucundissimos sonos, quibus ornamentis redundat tota interpretatio. Digna certe, quae typo in lucem prodeat = Volumen poemation tum italico, tum hispano sermone m ss. = Georgica Virgilii carmine hispano libero m ss. = Artis Poeticae Horatianae interpretatio hispanico versu.

Finetti Franciscus Ferrariae n. 1 Apr. 1762 nuncium amplo Sacerdotio Templi Principis Ferrariensis remittens, Societati accessit Romae 12 Nov. 1814. Cum iam pridem perfecti Oratoris opinione splenderet, eum Praesides ad orationes sacras publice dicendas illico designarunt. Hoc ipso anno 1816 verni jejunii conciones habuit in templo Romano Jesu nomine insignito. Frequentissimus omnium ordinum populus, qui Finettium auscultabat, dum invictam ejus eloquentiam mirabatur, eàdem ad vitia emendanda, iterque virtutis suscipiendum vehementer excitabatur. Paucos reperias quibus natura largita sit tantum in dicendo robur, copiam, et elegantiam. A Mutinensium Duce vocatum Mutinenses haud minus quam Romani, admiratione summa rapti perorantem auscultarunt. Opera = *Elogio funebre del Marchese Guido Villa Ferrarese*. Ferrariae 1807 in 8 = *Discorso per l'apertura del Cimiterio comunali di Ferrara*. Ferrariae apud Socios Bianchi, e Negri 1811 in 8 = *Orazione, e tributi poetici alla memoria del Chiaris. Sacerdote Alfonso Muzzarelli Ferrarese nelle sue solenni esequie*: ibidem 1813 in 8. Finettii sunt laudatio funebris Muzzarellii, et primum epigramma (Sonetto) italicum a quo principium ducunt tributa poetica, quae Ferrarienses Poetae Muzzarellio pendunt = *Discorso recitato nella Basilica di San Pietro in Vaticano nel dì 1 Agosto dell'anno* 1815. Romae 1815 ex typographeo De Romanis. Hoc elegantissimo sermone magnifice Finettius extollit singularem Divini Numinis Providentiam erga Pium VII. tot aerumnis a Napoleone crudeliter affectum. Qui sequuntur panegyrici sermone italico si non sunt editi, typis certe sunt maturi = *Divi Henrici Trevisi* = *Divi Joannis Buono* habitus Mantuae in Templo Principe 1807 = *D. Petri Thomasi* habitus Bononiae in templo S. Martini Magni 1797.

Fischer Leopoldus, Viennae n. 28

Martii 1703, Soc. ac. in Prov. Austriae 9 Oct. 1718 v. 4 n. 15 Aug. 1736 Rhetoricam docuit, tradiditque Mathesin in universitate Viennensi; annos saltem 29 concionatorem egit. Anno 1773 in Viennensi Probationis domo praeerat Bibliothecae Catecheticae. Opera = *Brevis notitia urbis veteris Vindobonae* 1764 nomine Provinciae Austriae, quam postea proprio nomine expresso auctam vulgavit an. 1767 = *Erinnerung an die Leser der abhandlung von den historischens streitfragen* (Monitum ad Lectorem de tractatu controversiarum historicarum) Viennae 1768: ex eruditissimo Leopoldo Gruber Cler. Regul. ex Scholis Piis pag. 207, et 208 par. 1 *Speciminis Bibliothecae Germaniae Austriacae* Joannis Nicolai de Vogel.

Fortis Aloysius, natus 26 Feb. 1748 Soc. ac. in Prov. Veneta 12 Oct. 1762. Humaniores litteras docebat in Collegio Ferrariensi anno 1772. Extincta Societate a Ferdinando Parmensium Duce invitatus, praefuit 6 continenter annos Academiae Electorum (*Scelti*) quae erecta fuerat in Parmensi Nobilium Collegio. Degit hoc anno 1816 Romae in Provinciae Praesidem electus. Opera = *Poesie Italiane, e Latine di un Accademico tra i Costanti di Turino detto il Dubbioso. Parte prima. Poesie Sacre.* m ss. cujus partem,summa voluptate legi ob carminis elegantiam,stylique majestatem. Pars secunda continet Poematia seria: tertia ludicra, et jocosa. Dubiosum Academicum firmum, certumque reddere vellem. Non ergo dubitet in lucem prodire. Haec sua poemata, quibus uterque Parnassus Latinus, et Italicus amplius splendebit, summam eidem gloriam comparabunt.

Franz Josephus Lincii n. 22 Feb. 1704 Soc. ac. in Prov. Austriae 9 Oct. 1719 v. 4 nunc. 15 Aug. 1737. Vitam fere omnem transegit in disciplinis Mathematicis excolendis, ac tradendis. Linguas callebat latinam, germanicam, Italicam, gallicam, et turcicam. Constantinopolim adiit cum Legato Austriaco. Josephum II. Imperatorem Auditorem in Philosophicis habuit. Ob singularem Physicae, et Mechanicae cognitionem Consilio Austriaco Caesareo Metallurgico fuit adscriptus. Annis 20 praefuit Speculae astronomicae Viennensi, quam ipse erexit ad normam illius iam erectae a Clar. viro Joanne Jacobo Marinonio, quem nolumus debita sibi laude privari. Denique Franzius anno 1773 praeerat Musaeo Mathematico Viennensi Opera = *Observationes Astronomicae ab anno 1734 ad annum* 1750 de quibus doctissimus Leopoldus Gruber ex Scolis Piis in *Specimine Bibliothecae Austriacae* part. prima auctore Joanne Nicola Vogei Viennae Austriae 1779 sic pronuntiat *Quae a Patre Josepho Franz in specula astronomica Viennensi ab anno 1734 ad 1750 sparsa vulgatae sunt, dignae profecto essent, ut ad usum posterorum collectae recuderentur*. Videatur Nostri Khell opus *Auctoritas utriusque libri Maccabaeorum Canonico - historica adserta etc.*

Fremont Gilbertus Stephanus natus 6 Dec. 1736, Soc. ac. in Prov. Campaniae 9 Sep. 1755, in cuius Argentinensi Collegio an. 1765 Theologiae navabat operam 1°. anno. Judico esse eundem quem Feller (*Journal* tom. CLXII.) vocat *Fremond*; et Auctorem facit Ecclogae latino carmine eleganti ad Archiepiscopum Parisiensem; in qua inter se colloquuntur fluvii Matrona (Marne) et Sequana (Seine). Ibique lectorem monet Fellerus Fremontium eloquentiae fuisse Professorem in Academia Mussipontana; Parisiis deinceps iamdiu Juvenes suscepisse instituendos studiis geographicis, historicis, physicis, mathematicis sicuti etiam linguis latina, gallica, et italica, et quam primum tot annorum experientia doctum editurum de Juventutis educatione physica, litteraria, morali, et religiosa. Ibidem etiam asserit eundem auctorem fuisse poematis satis ingeniosi titulo *les amours en marche vers le berceau du Dauphin* (De amoribus, iter dirigentibus ad Delphini

cunas) de quo egit in Journal 1 Decem. 1781 pag. 511 .

* Fuga Vincentius obiit Romae 19 Junii 1815 .

Furtado Franciscus Lusitanus in oppido *Gouveia* dicto Dioec. Conimbricensis n. 12 Mar. 1740, Soc. ac. in Prov. Lusitana 1 Sep. 1757 . In Italiam adactus prudenter rexit post extinctam Societatem Regias aedes in Urbe Lusitanorum S. Antonii Patavini . Renascentem Societatem ingressus procurat nunc (an. 1816) diligenter Romanae Domus Professorum rationes . Parnasso Lusitano illustrando , et augendo mentem tum ingenio , tum eruditione divitem potissimum adjecit . Hujus assiduae diligentiae fructus fuerunt . Opera = *Ulyssippo liberata* , *seu Alphonsus* sermone Lusitano . Poema continens viginti Cantica , seu libros = *Historia Lusitana* , sermone latino . Libri novem , qui res Lusitanorum describunt secundum ordinem , seriemque temporum = *De alendis avibus domesticis* : Libri seu cantica tria , carmine Lusitano heroico : Tres istae elegantes elucubrationes extincta Societate ad domum apparitoris deportatae perierunt = *Villa ruralis* ; carmine Lusitano heroico , cantica sive libri 36 , in quibus de Agriculturae praeceptis , et ruris operibus plenissime agebatur = *Psalmi Davidici omnes* carmine lyrico Lusitano = *Homeri Odissea* : 6 primi libri , etiam lusitanice = *Virgilii opera* omnia : Carmine heroico Lusitano ; cujus versionis non exigua pars manet adhuc apud Auctorem : caeteris laudatis operibus omnino deperditis : tantam jacturam Musis Tagi deflentibus = Litteras Pastorales Patriarchae Lisbonensis editas Ulyssipone 1789 ex Lusitano sermone latine reddidit titulo *Josephi S. R. Eccl. Presbyteri Cardinalis de Mendoza Patriarchae Lisbonensis epistola Pastoralis latine reddita* , in fol. sine interpretis nomine Romae ; sed apponitur ejus loco Ulyssipo = *Saggio Idrografica del Piemonte* (Romae per Antonium Fulgoni 1803) Auctore Josepho Theresio Michelotti celebri Mathesis Professore . Hos fluminum Pedemontii cursus Furtadus lusitanice reddidit , et iisdem typis vulgavit .

G

* Gabardi Joachimus Carpi ad Mutinam natum esse Gusta conscribit .

Gagliardi Josephus Taurini n. 9 Maii 1734 , Soc. ac. in Provincia Mediol. 27 Dec. 1749 v. 4 n. 2 Feb. 1767 . Jussu Caroli Emmanuelis tertii Sardiniae Regis Sardiniam cum aliis Iesuitis adiit , ut studia et gymasia artium instauraret . In Academia Sassaritana Philosophiae fuit publicus Regiusque Professor . Ab Academia Calaritana vocatus physicam experimentalem tradidit ; et ibi degebat an. 1786 ; sed paulo post sancte , pieque obiit teste Antonio Josepho Regono in opere *Rimostrante amichevole etc.* Gusta expresse ait emortualem annum fuisse 1789 . Opera = *L'onesto uomo Filosofo . Saggio di Filosofia morale* . Calari typis Regiis 1772 in 8 ; quod eximium specimen dicatur Julio Caesari Viancino Archiepiscopo Sassaritano = *L'uso dell' acqua* , (ex Gusta) Sassari 1780 = *I privilegj della man diritta* (ex eodem) : ibid. omnino = *Il baciamano* (ex eod.) ibid. omnino = *Origine , e uso del vetro* (ex eod.) ibid. omnino .

Galan Andrea Turiasone n. 25 alicubi lego 15 Nov. 2735 , Soc. ac. in Prov. Aragoniae 15 Dec. 1750 v. 4 n. 2 Feb. 1769 . Philosophiam docebat anno 1764 in Barcinonensi Regio Caesareo , Nobilium Seminario , ut liquet ex Catalogo impresso ejusdem anni . Quo vero loco habitaret anno 1766 , et quo munere fungeretur indicare oscitanter omisit ejusdem anni Catalogus . Ob praeclaram rerum moralium , ac canonicarum cognitionem Episcopus Anagninus Andream in hisce doctrinis tractandis sibi adjutorem voluit . Nunc (1816) suscepta Societate degit in Romana Professorum domo . Opera = *Alphonsi Ligoris Episcopi S. Agathae Gothorum Theologia*

moralis in compendium redacta, *et in duo volumina distributa*. Ferrariae 1789 per haeredes Josephi Rinaldi in 8: tomi duo qui iterum recensi sunt.

Gallade Petrus ex Prov. ad Rhenum Superiorem, in cujus Collegio Heidelbergensi an. 1766, Professor erat linguae Hebraicae et Juris Canonici quod simul cum Theologia Scholastica docuerat antea in Collegio Molsheimensi. Opera = *Existentia pacti cum Daemone contra Wierum .... invicte probata*. Ex nostro Holl. in Statistica pag. 607 = *Usus sortium in electionibus Ecclesiasticis reprobatus*. Heidelbergae 1764 = *Templorum Catholicorum antiquitas*, *et consecratio* 1761 = *De sanctitate templi ritibus Catholicis consecrati* 1761. = *Sanctitas Templorum Catholicorum dotata ac ornata* 1762. Ex Holl. = *Juramentum purgatorium rejectis Ordaliis per Sacros Canones*, *et leges stabilitum*. Heidelbergae 1758 = *De advocatis Ecclesiasticis* = *Horror humani sanguinis a Christo Jesu Ecclesiae suae instillatus*. Heidelbergae 1763 = *Horror sanguinis in Ecclesia Clericorum intercessionibus pro reis confirmatus*. Ibidem = *De usu concordatorum apud Catholicos*, *et Protestantes in imperio* = *De Puero Religioni oblato* 1759 = *De insolubili vinculo Matrimonii etc. etiam in causa fornicationis*. Heidelbergae 1758 Vide, Lector, ne te odiosa repetione obtundam, verbum *Schmidt Antonius* (primo Supplemento): ubi plures alias Galladei noveris dissertationes ad Jus Canonicum, Theologiam, et antiquitatem Ecclesiasticam pertinentes.

Ganucci Philippus Florentiae nobili stirpe n. 25 Jan. 1742, Soc. ac. in Prov. Romana 17 Junii 1759 Theologiam in Collegio Romano in annum secundum addiscebat anno 1772, postquam in Collegio Firmano annis saltem quinque Rhetoricam tradidisset. Extincta Societate amplis Sacerdotiis ornatus et equestri Meliteosi Ordini adscriptus, ad Infulas Cortonenses evectus, deinde ad Ecclesiam Liburnensem, cujus fuit primus Episcopus, translatus fuit. Obiit post 1807. Pastoralis muneris numeros omnes tum concionando, tum scribendo cumulatissime explevit, cujus rei testem locupletem profero R. P. Alexandrum Bardani ex illustri Dominicana familia hodierna die Socium Sacri Apostolici Magistri, Episcopo Ganuccio a rebus theologicis, ac canonicis adjutorem. Opera = *Allocuzione*. Extat in *Lettera ad un Amico nella quale si espone la vera conversione ... del Sig. Gio. Giacinto Kerfbyl*, *Giovane Olandese etc.* Liburni 1807 apud Moro, et Socios, cujus elegantis, ac suavissimae pietatis epistolae succosam doctrinae theologicae medullam continentis auctor est ipse Cl. Bardanius, qui illam dicavit Episcopo Ganuccio, et omnem suam industriam, et ardorem feliciter adhibuit a revocando a Calvinismo Joan. Hyacinthum Kerfbyl. Allocutio denique Ill. Episcopi tota versatur in gratulanda Henrico Kerfbyl, Joan. Hyacinthi germano fratri e Calvinismo conversione ad Religionem Catholicam, qua in re plurimum insudavit etiam laudatus Clar. Bardani. Plures alias Ganuccius Litteras et allocutiones conscripsit, quae an editae sint me latet, praeter unam ad foeminam Hebraeam ad Christi Religionem revocatam.

* Garces Gregorio tribuit Gusta = *Lodi in onore di SS. MM. Martino*, *e Sebastiano* = *Drama in Deiparae honorem* = *Vita della M. Isabella Tresfel delle Fondatrici del Monastero di Zaragoza detto la Insegnanza*. Omnia hispanice.

Garcia Antonius in oppido Bernui Dioceseos Abulensis n. mense Majo 1746 Soc. ac. in Prov. Castellana mense Martio 1760. Carum Musis caput, quas pluribus obsequiis Antonius amicas sibi reddidit, Opera = *La Musica poema di Don Tommase Iriarte tradotto dal Castigliano*. Venetiis typis Antonii Curti Q. Giacomo 1789 in 8. In erudita praefatione Interpres defendit Iriarteum a vitiis, quibus cum accusabat Clar. Joannes Andres = *Per la recuperata salute del Sig. Lunardetto Pesaro .... Poemetto Soterico*. Venetiis ex typ. Antonii Zatta 1786 in

4. = *Il reo per onore ossia il Delinquente Onorato. Commedia Urbana in 5 Atti.* Venetiis 1807 in 8. Est versio ex Hispanico Cl. Gasparis Jovellanus ortu, muneribus, scientiis, et artibus praestantissimi Viri. Hanc suam Versionem dicat Auctor Alberto di Megino nobili Caesaraugustano, apud Venetos Hispanorum Consuli viro erudito, cujus impensis confecta fuit editio = *I Giardini*. Venetiis apud Sebastianum Valle 1792 in 8. Est elegans interpretatio poematis de hortis gallice scripti ab Abbate De Lille, quam dicat Carolo Philippo Henrico Borbonio Artesiae Comiti.

Garcia Bernardus, Valentiae n. 12 Nov. 1740, Soc. ac. in Prov. Aragoniae 25 Januar. 1759. Musis excolendis haud illis invitis ingenium totum suum dedit = *La Zingara*. Comedia, Venetiis 1791 in 4 = *Gonzalo della Riviera, ossia il Giudice del proprio onore*. Venetiis 1789 in 4: Est Drama Italicum soluta oratione, quod dicat Joanni Bragadeno Senatori Veneto, cujus unicum filium christiane, sapienter, ac politice instituendum susceperat Bernardus = *Elogio ... di S. Francesco di Sales*. Venetiis apud Josephum Rosa 1786 in 4 = *Tarquinio il Superbo. Tragedia*. Venetiis per Petrum Savioni 1782 in 8 = *Elogio funebre di un illustre Filosofo etc.* Venetiis per Gasparem Storti 1778 in 8, quod dicat Francisco Avogadro Senatori Veneto, cujus filii Bernardo in disciplinam fuerant traditi = *Marcella, ossia la Innocenza salvata*; Venetiis apud Josephum Rosa 1786 in 8; quam dramaticam fabulam dicat Auctor Nobilissimae Foeminae Antoniae Mosca Balbi, quam instituendam susceperat. Garciae Gusta tribuit *Discorso Accademico contro i Filosofi moderni*. Venetiis; et ait illum (invitis Catalogis Prov. Aragonia) natum fuisse 1743 et Venetiis obiisse an. 1799.

Garulli Camillus Firmi nobili genere natus 19 Oct. 1743, Soc. ac. in Provin. Romana 31 Oct. 1760: Asculi, et Perosae Rhetoricam docuit. Extincta Societate Senatus Firmanus eum elegit Eloquentiae professorem = *Camilli Garulli Hypothesis Copernicana, Cometae, et Elegiarum Monobiblos*. Romae per Generosum Salomoni 1777 in 8. Dicat Auctor opus annotationibus ornatum Dominico Spinuccio Episcopo Maceratensi = *Dubbj intorno alla santificazione delle feste con la risposta, e contro-risposta*. Venetiis 1795 apud Jacobum Storti in 8. Multis testimoniis adductis Conciliorum, SS. Patrum, Pontificum, Catechismorum, et Theologorum tacito nomine oppugnat quemdam Concionatorem volentem dies festos violari abiis qui solummodo sacris intersint, et a labore servili se abstineant = *Panegirici*. *Parte prima sopra i Santi*. Maceratae 1800 typis Antonii Cortesi in 12 = *Parte seconda sopra i misterii di Maria Santissima*: ibid. omnino = *Parte terza sopra i Misterii di G. C.* ibidem omnino: Alia novi edidisse opera, quae nondum videre licuit = *Panegirico del B. Francesco di Geronimo della C. di G.* Romae 1814 apud Francis. Bourlié. Beato dicat Auctor hunc panegyricum, voti adimplendi causa, quippe gravissimo morbo laborans Beato vovit laudationem ejusdem conscribere, siquidem sanitati redderetur; quod revera contigit.

Gassmayr Sebastianus ex Provincia Germaniae Superioris, in cujus Monacensi Collegio degebat secundum Catalogum anni 1766 in 1767; sed quem non amplius lego in catalogis posterioribus, neque Germanicis neque Bavaricis an. 1770, 1771, 1772, et 1773. In Universitate Oenipontana Eloquentiae sacrae, ac profanae publicus fuit, et Ordinarius Professor. Opera = *Tabulae sacrae, ac prophanae eloquentiae*. Oeniponti typis Antonii Wagner 1756 = *Scientia eloquentiae sacrae, ac profanae ex optimis auctoribus collecta*. Augustae, et Oeniponti apud Josephum Wolff 1772 in 8. Si non est opus posthumum; Auctor id temporis vel ad nullam quod fere certum habeo, vel ad aliquam non mihi cognitam pertinebat Provinciam. Hoc in opere laudantur Pater Balthasar

Knellinger, quem *Ciceronem* Germanicum nominabant, et Pater Worpiz; de quibus alio Supplemento.

Gemelli Franciscus Ortae oppido Dioecesis Novariensis natus 1 Apr. 1736 Soc. ac. in Prov. Mediolanensi 15 Oct. 1751 v. 4 nun. 15 Aug. 1769. Ab aula Taurinensi in Sardiniam vocatus cum aliis Jesuitis illam exculturus, Sassari eloquentiam latinam tradidit. Extincta Societate Canouicatu Novariensi honestatus, Socius fuit correspondens ut dicunt Regiae Academiae Etruscae Georgophilorum, ac membrum Societatis agrariae Brixianae. Opera = *Rifiorimento della Sardegna proposto nel miglioramento di sua Agricoltura*. Lib. 3, volum. 2. Taurini apud Joa. Michaelem Briolo 1776 in 4. Pag. 83, et 279 primi voluminis meminit panegyreos cum notis a se editae Liburni an. 1770 in honorem Divi Gavini typis Falorni = *Dell'unica, e constantemente unica unica Chiesa Cattedrale di Novara, riconosciuta nel suo Duomo Dissertazione apologetico etc.* = *Dissertatio de Geographia Virgilii*. Alia quoque latino, Hetruscoque sermone, tum ligata, tum soluta oratione edidit.

* Gentilini Joan. Bapt. = *La Pazzia di chi difende il giuramento Civico dimostrata etc.* Brixiae 1799 typis Angeli Pasini: Totus est in acriter oppugnando Bolgenio. Pag. 4 laudat alia sua opera (contra Bolgenium) titulo *Riflessioni teologiche sopra il giuramento Civico etc.* et *Riflessioni teologiche sulla vendita e compera dei beni Ecclesiastici*: ibid. omnino. Gentilinio Gusta tribuit *Parafrasi del Salmo* Quare fremuerunt Gentes. Venetiis 1799 = *La fermezza della fede nella pietra fondamentale della Chiesa Discorso* = *Giustificazione della sua condotta sulle imputazioni fattegli dai Democratici*: in 8.

* Geoffroy Joan. Baptista. Cl. et eruditissimus vir Sabatier de Castries duos alios nobis affert Joannes Bap. Geoffroyos, Lotharingum unum natum anno 1752, auctorem aliquot poematum, et epistolae de educatione; alterum eloquentiae Professorem in Universitate Parisiensi, qui anno litterario (*Annee litteraire*) doctissimi acerrimoque judicio Freronis multa de libris editis judicia adhibuit, quin suis elucubrationibus nomen inquam proprium apposuerit. Obiter dicam Freronem aliquando e Societate fuisse, et Professorem in Collegio Parisiensi Ludovici M. ut fatetur ipsae in tomo tertio *L'annee litteraire*.

Gerra Joannes Dominicus n. 28 Oct. 1728, Soc. ac. in Prov. Mediolanensi 22 Junii 1744, v. 4 nun. 2 Feb. 1762 Physices Professor erat an. 1772 in Coll. Savonensi. Op. = *Descrizione pratica, e teorica d'un modello di Macchina detto il Compasso per iscavare fango e arena dai Porti etc.* Genuae 1773 in 4 per Casamara. Jussu Senatus Genuensis, ut ait celebratissimus Astronomus Gallus Delalande (*Voyage en Italie*: tom. VII. Genevae 1790) Gerra hanc machinam ad purgandum portum potentissimam invenit, delineavit, et elaborandam curavit. Nonnemo suspicatur haud recte Gerram Savonensem fuisse, quod in operis fine fateatur se Savonae multum debere ob educationem ibi susceptam.

Gianella Carolus n. 13 Jan. 1740, Soc. ac. in Prov. Mediol. 1 Julii 1756 in cujus Bravdensi Collegio an. 1770 Theologiae addiscendae operam dabat, Academici Physices titulo decoratus; quo eruditione, et ingenio praestantiores ornabantur. Anno 1772 profitebatur ibidem Physicam. Extincta Societate illum Administri Imperiales Austriaci Ticinum vocarunt, ut Algebrae, ac Gemometriae in illa Academia publicus esset Professor quod munus summa cum laude sustinuit. Opera = *De Igne. Dissertatio*. Mediolani per Josephum Galeatium 1772 in 8 = *De funium tensione*. Mediolani 1775 in 8: ex catal.libr.Remondini an. 1804 = *Elementi di Matematica*. Ticini ex typographia Regii Imperialis Monasterii S. Salvatoris; 1781 in 4 = *De integratione indefi-*

nitinomii comentarius: extat in tom. IV. *Melanges de Philosophie, et de mathematique de la Societè Royal de Turin.* Taurini ex typog. Regia; quem commentarium Gianella miserat anno 1769 ad ipsam Societatem = *Elementi d'Algebra ad uso della Regia Università di Pavia*. Mediolani 1778 in 8. Ex Catalogo librorum Remondini 1778. Giannellae Gusta tribuit *Astronomiam* carmine latino.

Gil Emmanuel Gervasius Celtiber in oppido Villanoya nat. 24 Junii 1745, Soc. ac. in Provin. Toletana 7 Sep. 1762, ex qua in Paraquariam cum 30 saltem Sodalibus navigavit; unde nulla in portum post tam longum navigationis cursum descensione facta, in Italiam communi exilii lege deportatur. Episcopus Cremonensis de Gilii virtute ingenio, ac doctrina in rebus praecipue Physicis, ac Mathematicis edoctus illum constituit institutorem Seminarii, et Phylosophiae Magistrum. Dum his muneribus explendis sedulam navat operam, obiit 14 Feb. 1807 graviter dolentibus ejusdem discipulis, qui Magistrum veneratione, et amore prosequebantur. Opera = *Dissertatio de viribus repulsivis in natura existentibus etc.* Placentiae typis Josephi Tedeschi 1798 in 8 tacito auctoris nomine = *Disquisitio in causam physicam recentium Chemicorum pro elasticitate aeris atmosphaerici, et aliorum fluidorum elasticorum, quae Gas nuncupantur cum appendice de causa fluiditatis*. Ibidem 1799 in 8 tacito Auctoris nomine.

* Giorgi Joan. Vinc. = *Vestendo solennemente l'abito religioso a Viterbo ... Elisabetta Lunati ... Canto*. Viterbii per Dominicum Antonium Zeniti 1774 in 4 Carmen dicatur Card. Bernardino Giraud Archiepiscopo Ferrariensi. GiorgiumCaprarolae prope Viterbium fuisse natum Gusta conscripsit.

Giovinazzi Vitus Maria Castellanettae Apuliae Urbe n. 20 Feb. 1727, Soc. ac. in Prov. Neapolitana 13 Dec. 1742 v. 4 aun. 16 Aug. 1760. In Collegio Maximo Neapolitano anno 1766 Poeticam, ac linguam graecam nostris Scholasticis explicabat, traditis antea Philosophia, ac Theologia. Munus quoque fuit eidem assignatum Historiographi Provinciae Neapolitanae. Post expulsionem Neapolitanam Vitus Romam se contulit, ibique domicilium stabile habuit usque ad obitum, qui contigit 28 Junii 1805 *summo litterarum, et Litteratorum detrimento, ac dolore*, uti conqueritur Balthasar Odescalchi Ceritum Dux, in erudito opere *Memorie Critiche dell'Accademia de Lincei etc.* Romae typis Aloysii Perego Salvioni 1806; ad paginam 14. Cujus Viri Principis, et amplissimi virorum eruditorum Maecenatis quaestus aequitatem confirmant omnium tum Romanorum, tum Exterorum judicia, qui Vitum intime noverunt. Nullus erat, qui non miraretur ejusdem acerrimam in scriptis excutiendis ac revocandis ad religionis, rationisque atque artis Criticae leges subtilitatem, et eruditionem graecam, ac latinam in omni doctrinarum genere. Vitum suspiciebant omnes Oratorem facundum, Poetam venustum, et ad inscriptiones latine condendas fere divinitus natum. Tantum me teste ejusdem eruditionis, ac praestantis judicii fama incrementum cepit, ut Eruditorum quisque se praeclare munitum censebat adversus contrariorum judicia, Vito ejusdem scripta probante. Itaque innumerae fuerunt aliorum lucubrationes, quas non modo legerit, sed correxerit etiam aque auxerit priusquam prelo subjicerentur. Opera = *Titi Livii Historiarum libri XCI. Fragmentum ανεκδοτον descriptum et recognitum a CC. VV. Vito M. Giovenazzio Paullo Jacobo Bruns ex schedis vetustissimis Bibliothecae Vaticanae. Ejusdem Giovenazzii in idem Fragmentum scholia*. Romae 1773 ex officina Arcangeli Casaletti in 4 grandi. Eruditissimus Franciscus Cancellieri dicat opus Joan. Bap. Rezzonico Cardinali: Ejusdem Cancellieri est elegans, ac docta praefatio, in qua hujus fragmenti historiam narrat, et utilitatem commen-

dat. In eadem praefatione laudat Giovenazzium *virum ingenio et doctrina praestantissimum, quemque frustra pro meritis laudare sperem*: additque in hoc anecdoto describendo Germanum (nempe Paulum Jacobum Bruns) praestitisse *patientia, et laboris perpessione*, Italum (Giovenazzium) *judicio, atque intelligendi sollertia, et celeritate*. Scholia profecto Giovenazzii eruditione critica esse referta quis negare ausit? = *Della Città di Aveja ne Vestini, ed altri luoghi di antica memoria Dissertazione etc.* Romae typis Joannis Zempel 1773 in 4. Dissertatio peradmodum erudita, qua continentur 23 Inscriptiones numquam editae, et plurimae Auctorum Antiquorum correctiones et illustrationes, ac multa antiquitatis monumenta, ad Avejae urbem, et alias illustrandas = *In funere Petri III. Lusitaniae Regis Fidelissimi Oratio etc.* Romae 1786 apud Aloysium Perego Salvioni in fol. Edita fuit nomine Hieronymi Altieri, et ab eodem pronuntiata coram Pio VI. etc. Ita accepi a Clar. Francisco Petraglia = *Viti Mariae Juvenatii poematum libellus ad virum amplissimum Josephum Marianum Parthenium*. Neapoli 1786 ex typog. Simoniana. Ornatur editio eleganti latinissimaque praefatione Francisci Xaverii Gualteri Episcopi Aquilani Vito intima amicitia conjuncti. Major poematum pars sunt veluti epistolia ad amicos missa, quos inter locum habent hi doctissimi viri, scriptores que clarissimi, eruditionis Viti laudatores Horatius Antonius Capellus, Alexander Nicolaus Roscius, Joannes Antonius Sergius, Franciscus Daniel (J. C. omnes) Adeodatus Marone, Dominicanus et Doctor Theologus, Albertus Capiblancus, Dominicanus, et Episcopus Rheginus = *Saggio della buona fede, e del criterio del Ex-Gesuita, Bolgeni autore d'un libro sull'episcopato etc.* tacito Auctoris nomine, Florentiae 1792 typis Antonii Josephi Pagani. Acriter invehitur in Bolgenium, qui Vito jurgium nescio quod litterarium excitaverat. Haud semel audivi Bolgenium nullam aliam Vito laudem dare, quam Grammatici; et hoc perpauce, et ore minime pleno. Quod si verum est multa peccavit Bolgenius in Vitum Philosophum, Theologum, Oratorem, Poetam, et antiquitatis tum sacrae, tum prophanae peritissimum. Imbecillitas naturae communis viros etiam doctos ac pios quandoque perturbat. Aliquot Viti scripta alieno nomine prodisse asserit doctissimus Morcellius in *Electorum* libris. Viti m ss. sunt haec = *Vincentii Lirinensis defensio a nonnullis de Pelagianismo, aut semipelagianismo reprehensi*. = *Commentarii in Catullum, et Phaedrum*, = *Illustratio, et explicatio omnium Inscriptionum quae Augusto consecratae fuerunt*. Plurimae Viti leguntur inscriptiones publicae, quas cum aliis nunquam editis colligere et in lucem prodere cogitat Cl. Franciscus Petraglia Medicus praestantissimus et elegans Inscriptionum auctor, Vito admodum familiaris. Idem propositum susceperat Salvator Bombelli eruditus Typographus Romanus Viti studiosissimus = *Laudatio funebris Caroli III.*, quam habiturus erat Dominicus Ridolfi coram Pio VI., et Cardinalium Collegio = *Annotationes in vitam Innocentii XI.*, a Bonamici scriptam quae asservabantur in Bibliotheca Albana = *Annotationes in Dissertationem .... ad nuper inventum Severae Martyris Epitaphium ab Antonio Maria Lupi S. J.* quas possidet Cl. Franciscus Petraglia. His m ss. Gusta adjungit sequentia = *Commentarium in carmina D. Paulini Nolani* = *Dissertationes de versibus Plauti*. Viti haeredibus, immo litteratis Neapolitanis, qui plurimi sunt, laudi summae foret omnia ejusdem opera colligere, ac typis elegantibus vulgare. Franciscus Daniele vir eruditissimus dicavit Vito, quem doctissimum saepe vocat, opus a se editum Neapoli 1802 titulo *Monete antiche di Capua etc.* Vitum *virum celeberrimum in Republica litteraria* vocat Clar. Nicolaus M. Nicolai in opera *Bonificamenti delle Terre Pontine* pag. 252.

ibique affert egregiam, lepidamque nostri inscriptionem insculptam *Ponti Majori* Paludum Pontinarum.

Giradeau Bonaventura in fano S. Vincentii apud Pictavos natus die 1 Maii 1697. Legi alicubi eum Romae affuisse, Substitutum, ut dicunt, Amanuensis Galliae. Obiit in Gallia 14 Sept. 1774 = *Lettre sur la Grammaire de Masclef* = *Introductio ad linguam Graecam*, Romae 1739 per haeredes Ferri in 12 quae dicatur Cardinali Tencin = *Praxis linguae sanctae* Rupellae apud Desbordes 1757 = *L'Aixiade ou l'isle d'Aix conquisee par les Anglois. Poeme en 20 chants* 1757 = *L'Evangile medité, et distribué pour tous les jours de l'année suivant la concorde des 4 Evangelistes*. Parisiis apud Boutard 1789. Volum. 8 in 12, et est editio quarta quam Dominus Duchuesne, Episcopi Suessionensis aliquando Vicarius, dicat Archiepiscopo Parisiensi eodem anno 1789. Fatetur in dicatione Duchesnius hoc opus quoad materias, earumque ordinem elaboratum fuisse a nostro Bonaventura; sed cum eidem propter senium, et aegritudines operi absolvendo manum ultimam adhibere integrum non esset, Christophorus de Beaumont Archiepiscopus Parisiensis manuscripta Bonaventurae id scientis, ac volentis commisit Duchesnio, qui post multorum annorum laborem, in iis perficiendis, et exornandis, tandem opus edidit, non apposito Beaumontio jubente Bonaventurae nomine, sed quem semper Duchesnius auctorem esse in privatis sermonibus fatebatur. Et ecce solutam disceptationem eorum qui Bonaventuram, et illorum, qui Duchesnium auctorem esse judicant. Admonemur a nostro Feller in opere *Journal etc.* hanc quartam editionem fuisse mutilatam inscio Duchesnio aliquot locis ad Pontificatus Romani gloriam pertinentibus. Laudatum *Evangelium* viris sapientibus, atque pietati deditis adeo probatum fuit, ut e Gallica in alias linguas fuerit conversum. Videatur noster Feller *Journal* mense Nov. 1790; et mense Sep. 1791 Videatur etiam *Giornale Ecclesiastico di Roma*: tomo VIII.

Giudice Cajetanus Aloysius del Mascalnciae prope Aethnam natus 19 Dec. 1735, Soc. ac. in Provin. Sicula 7 Jan. 1751. Profitebatur Rhetoricam in Panormitano Collegio Maximo anno 1766. Obiit Romae 1795. Opera = *La rinnovazione del tempio di Gerusalemme eseguita da Giuda Maccabeo, modello della rinnovazione dello spirito da farsi da ogni Ecclesiastico* (Templi Hierosolymitani instauratio facta a Juda Macchabeo in exemplum renovationis animi): tomus primus primae partis. Romae typis Joan. Zempel 1787 in 4: nescio an sint editi alii = *Apologia di molte verità spettanti alla dottrina, e disciplina della Chiesa etc.* Pantapoli (forse Romae) 1789 in 8 tacito Auctoris nomine. Totus est contra absurdas Episcopi Pistoriensis novitates = *La scoperta de' veri nemici delle Sovranità sedicenti Regalisti*. Romae typis Joa. Zempel 1794 in 4. Est opus dialogisticum, quod qui legerint Principes plura discent assentatoribus malignis coercendis: dicaturque ab Auctore Catharinae II. Russiae Imperatrici.

Giuliari Eriprandus Veronae nobili loco n. 15 Feb. 1728, Soc. ac. in Provincia Veneta 22 Oct. 1748. Interpretabatur Sac. Scripturam ad populum in Collegio Bononiensi S. Luciae anno 1772. Opera = *Le Donne più celebri della Santa Nazione, Conversazioni storico-Sacro-Morali ... Edizione sesta accresciuta d'un ragionamento sulla creazione*. Venetiis 1806 apud Thomam Bettinelli in 8. Quinque priores editiones de foeminis illustribus populi Haebrei, in quibus desiderabatur dissertatio de mundi creatione, non vidi. Aureum opus profecto, eleganter scriptum, et ad bonos, Christianosque mores informandos aptissimum = Longum, et elegantia insigne elogium edidit de nostro Josepho Aloysio Pellegrini, quod extat in opere inscripto *Al popolo Veronese orazione postuma dell'Abbate Giuseppe Conte Pellegrini edizione seconda accresciuta dell'elo-*

gio dell'Autore scritto dall' Abbate Eriprando Conte Giuliari Veronae ex typog. Giuliari 1800 in 8.

Grandi Josephus de n. 17 Feb. 1727, Soc. ac. in Prov. Mediol. 2 Nov. 1742 v. 4 n. 15 Aug. 1760. Certior Aula Imperialis Austriaca facta de summa in perorando vi, et elegantia Grandii, Viennam eum vocavit, et Concionatoris Caesarei munus eidem detulit, quo etiam post Societatis extinctionem fungebatur. Opera = *Cours abregè de Religion*: tom. II. in 8. Viennae apud Josephum de Kurzbock 1780. Opus confutandis Incredulis sane praeclarum. Pollicetur tomos alios Auctor: sed nondum vidi. Inductus a nescio quo Illustri Viro non lingua Italica paterna, sed gallica conscripsit.

Granelli Joannes Maria illustri familia Genuae n. 15 Apr. 1703, Soc. ac. in Provincia Veneta 17 Octob. 1717 v. 4 nunc. 15 Aug. 1736. Vir fuit italice, latine, ac graece peritissimus. Elegans Poeta, illustris Orator, et in libris sacris exponendis summa dexteritate ac judicio. Patavii eo plausu amoeniores litteras juvenis admodum tradidit, ut vel ipsi veterani Professores Granelli gymnasium adirent, eundem Auctores explanantem auscultaturi. Destinatus concionibus habendis tanta valuit eloquentiae opinione, ut praeter nobiliores Italiae Urbes Principum etiam aulae illum sibi Concionatorem vehementer concupiscerent. Itaque, et ad Mutinensium Duces, et ad Augustam Mariam Theresiam Austriacam conciones habuit. Post excursus hosce Apostolicos Mutinae sedem collocavit cujus S. J. Collegium rexit: neque cessavit a concionibus habendis, neque a libris sacris populariter explicandis. Dux Franciscus III. illustre virtutis ac doctrinae praesidium Granellium Bibliothecae Ducali praefecit, et Ducalis Aulae Theologum renuntiavit. Tot occupatum rebus mors Granellium abstulit Mutinae 3 Martii 1770, summo civium omnium moerore. Obitus Granelli conscia Augusta Maria Theresia, quem Viennae perorantem saepius auscultaverat, litteris ad Comitissam Mariam Annam de Marsclano testatur gravem, quo afficiebatur, dolorem ob jacturam viri de litteris et de religione benemerentissimum. Opera = *Sedecia ultimo Re di Giuda Tragedia*. Bononiae ex typog. Laelii dalla Volpe 1731 in 8; quam dicat Auctor Cardinali Georgio Spinola ad Bononienses Legato a latere = *Manasse, Re di Giuda Tragedia*: ibid. 1732 per Josephum M. Fabbri 1732 in 8. Dicatur Cardinali Hieronymo Grimaldi ad Bononienses Legato a latere = *Dione Siracusano Tragedia*: ibid. ex typog. Laelii dalla Volpe 1734 in 8; quam Auctor sumpto suo nomine arcadico Coloniae Genuensis *Anfriso Androsiaeo* dicat Principibus Atestiis Benedictae, et Amaliae = *Seila figlia di Jefte, Tragedia*: ibid. Hae 4 lectissimae Tragoediae una simul editae fuerunt cum dramate Sacro titulo *Adamo*, et ad modos musicos adaptato; quod excipit alterum nomine *L'Educazione*, quo nihil venustius, neque majore suavitate conditum; et quo cum infinitis pene leporibus florente egregia commiscentur praecepta ad informandos puerulorum mores, qui simul cum puellulis actores sunt in hoc dramate festivissimi = *In morte di Rinaldo Primo Duca di Modena... Orazione*: extat in Exequiarum descriptione titulo *Esequie solenni alla Altezza Sereniss. di Rinaldo etc.* Mutinae per Bartholomaeum Soliani 1738 in 4 = *Lezioni morali, istoriche, critiche, e cronologiche sulla Genesi, Esodo, Numeri, Deuteronomio, Giosue, Giudici, e Re*. Parmae 1766: Mutinae 1768, Venetiis 1780 (et est editio secunda Veneta) apud Thomam Bettinelli: tom. VII. in 4 cum inscriptione *La Storia Santa dell' antico Testamento spiegata in lezioni morali etc.* Tomum septimum omnino confecit Xaverius Bettinelli absoluta omnino explicatione libri quarti Regum a Granellio incepta, additisque insuper Jona, ac Daniele expli-

catis = *Prediche*, *quaresimali*, *e Panegirici*. Mutinae 1771: tom. II. in 4 = *Orazioni*, *ragionamenti scelti*, *e Poesie*: ibid. 1772: tom. II. in 4. Doctissimus Astronomus De la Lande (*Voyage en Italie* tomo ottavo Genevae 1790) Granellio inter primarios Italiae Tragoedos locum nobilem concedit.

Grange Ludovicus la Matiscone (Macon in Burgundia) n. 9 Nov. 1711, Soc. ac. in Provin. Franciae 5 Oct. 1727, v. 4 nunc. 2 Feb. 1745. In Mathematicis disciplinis ita studium omne posuit, ut Nobilem sibi locum comparaverit inter suae aetatis Mathematicos. Massiliae una cum Spiritu Pezenate plures observationes astronomicas confecit, quae typis fuerunt vulgatae. Galliae rumorum pertaesus in Italiam se recepit, et Mediolani sedem locavit ab anno saltem 1767 ad 1777, ubi simul cum Boscovichio celebrem Speculam astronomicam delineavit, et erexit. In Patriam remigrans ibi obiit an. 1783. Opera = *Opposition de Saturne en l'anne 1773 determinèe a l'Observatoire de Brera*: extat in *Efemeridi astronomiche per l'anno 1775* auctore Angelo de Cesaris = *Experiences faites a l'Observatoire de Brera pour connoitre si une Lunette Astronomique*, *montee sur un pied de bois*, *ou de metal demeure constantement dirigee au meme point d'un objet*, *auquel elle l'a eté une fois etc.* extat ibidem = *Memoire sur la longitude du College de Brera a Milan etc.* ibidem. Initio hujus memoriae laudantur Paschalis Bovio, et Joannes Dominicus Gerra S. J. qui dum Mediolani Philosophiam profiterentur, ut erant Astronomiae studiosi, Speculae Bravdensis fundamenta jecerunt. Iidem Mediolani primi typis cognitum fecerunt Cometae adventum anni 1759; Laudatur etiam Franciscus Weis Soc. J. celebris Astronomiae Professor in Collegio Tyrnaviensi, qui anno 1764 edidit suas observationes de occultatione Spicae Virginis sub Luna = *Observatio Mediolanensis Ecclypsis* totalis Lunae die 30 Julii 1776: Extat in *Ephemerides astronomicae anni 1777 ad Meridianum Mediolanensem supputatae ab Angelo de Cesaris*. = *Observationes metereologicae ab anno 1763*, *ad finem anni 1777 peractae in Specula astronomica Mediolanensi*: extant in *Ephemerides astronomicae anni* 1779, auctore Angelo de Cesaris. In ephemeridibus Berolinensibus an. 1782 extant nostri observationes de eclypsi, atque etiam in *Miscellaneis Taurinensibus* tom. III. pag. 378. Barnabas Oriani acerrimus Mathematicus in *Investigatio correctionum tabularum Urani etc.* vocat Lagrangium *summum Geometram*, *et praecipuum Italiae decus*.

Griffet Claudius Molini in agro Borbonio n. 30 Martii 1702, Soc. ac. in Provin. Franciae, in cujus Parisiensi Collegio Theologiam profitebatur anno 1751 exeunte. Editionem curavit operum Caroli Poree. Initium sumpsit a Tragoediis, quae editae fuerunt Lutetiae Parisiorum apud Marcum Bordelet an. 1745; quas Claudius ornavit eleganti praefatione de vita et scriptis Poree, et perpulcris carminibus Patrum Saints Calais: Durivet: de Marolles: des Billons Porei obitum deflentium. Opera = *Cerebrum*, *Carmen* = *Vers François sur la majoritè de Louis XV*. (Carmina gallica dum aetate major habitus est Ludovicus XV.): ex opere *La France Litteraire*: edit. Paris. 1769. Alicubi legi Claudium Niverni fuisse natum.

Griffet Henricus Claudii germanus Frater Molini (Niverni nonnemo dicit) in agro Borbonio n. 9 Oct. 1698, Soc. ac. in Provin. Franciae, in cujus Parisiensi Professorum Domo anno 1751 exeunte, Concionatoris, Scriptoris, Bibliothecarii munera gerebat. Ad Regem, Regiamque Galliae Aulam conciones habuit. Opera = *Panegyricus de D. Ludovico* sermone gallico = *L'annee du Chretien*: tom. XVIII. Parisiis 1747: ex catalogo Bibliothe Cardinalis Garampi. Hunc Christiani annum in deliciis habuisse, et assidua lectione magno cum pietatis Emolumento evolvisse Vener. Mariam Clotildem Adelaidem praeclare

testificatur ejusdem Vener. maritus Carolus Emmanuel Ferdinandus Sardiniae Rex in *Summario super introductione Causae Servae Dei Mariae etc.* Romae 1807 = *Histoire du Regne de Louis XIII.* Parisiis 1758: volum. 3 in 12 = *Histoire de France du P. Daniel augmentee* (uno scil. tomo, et eruditis dissertationibus) = *Memoires chronologiques pour servir a l'histoire d'Europe par le Pere d'Avrigny augmentee* (uno scil tomo) = *Journal du Regne de Louis XIV.* = *Recueil des lettres pour servir a l'histoire de Louis XIV.* tom. IV. in 12 ann. 1760 = *Hymni Breviarii Ecclesiae Bituricensis* = *Ars penitus homines cognoscendi*: gallice: extat in opere inscripto: *Memoires pour servir a l'histoire de Louis Delphin de France mort a Fontainebleau* 20 *Dec.* 1765. Hanc artem homines cognoscendi quo praeclarius a Principibus gubernentur, Henricus scripsit votis obsecundans Delphini, qui malo Galliae magno obiit 20 Dec. 1765 = *Coup d'oeil sur l'arret du Parlement de Paris concernant l'Institut des Jesuites* Avenione apud J. Chambeau = *Memoire concernant l'Institut, la Doctrine, et l'etablissement des Jesuites en France* 1762 in 12 = *Apologie des Jesuites* = *Remarques sur un ecrite intitulè* Compte rendu des Constitutions dus Jesuites = *Nouveaux eclaireciss emens sur l'histoire de Marie Reine d'Anglaterre* = *Traitè des differentes sortes des preuves qui servent a etablir la veritè de l'histoire*. Leodii apud Bassompierre 1769. Quam dissertationem asserunt Galli Critici Historicis omnibus normam regulemque esse debere (*Doit etre regardee, come le Code de tous les Historiens*) = *Sermons*. Vol. 4. Leodii apud J. F. Bassompierre 1773. Haec editio aucta est egregia concione numquam edita de Christo resurgente = *Narratio* (gallice) celeberrimi miraculi SS: Hostiarum Bruxellensium = *Memoires sur les rangs, et les honneurs de la Cour pour servir de reponse aux preuves de la veritè de l'histoire* 1771 = *Pieux exercices pour bien communier* quas pias exercitationes Batavice reddidit P. J. F. V. D. D. titulo *Godarngtige oeffeningen etc.* Brugis apud Franciscum Van Eeck 1791 in 12 = *L'insuffisance de la Religion naturel prouvee par les verites des livres de l'ecriture sainte*: tom. II. Leodis 1771: ex catalogo Bibliothecae Cardinalis Garampi = *Les delices des Pais Bas, ou description geographique, et historique des* 17 *Provinces belgiques*, Leodii 1769. per Bassompierre: quod opus nescio cujus Scriptoris Henricus recognovit, et accessionibus locupletavit. Istis tam multis, tamque praeclaris officiis tum Religioni, tum eruditioni praestitis obiit Henricus ann. 1771. Vide *La Clef du Cabinet* des Princes de l'Europe; mense Jul. 1773: *Journal des Savans*. Feb. 1770: *La France Litteraire, et Supplement etc.* denique Felleri *Journal* tom. CL.: et mens. Decemb. 1786.

Grimaldi Josephus Maria in oppido Moncalleri Dioecesis Thaurinensis n. 3 Januar. 1753, Soc. ac. in Prov. Mediolanensi 18 Oct. 1768. Extincta Societate post varia munera ad Episcopatum Pinaroliensem evectus, ex eodem ad Eporensem fuit translatus ann. 1805. Opera = *Litterae Pastorales*.

Grou Joan. Michael n. 24 Nov. 1731 Soc. ac. in Provin. Franciae, in cujus Flexiensi Collegio an. 1751 exeunte linguam latinam docebat. Opera = *La Republique de Platon traduite*: ex opere *La France litteraire* edit. Paris. anno 1769. Haec gallica interpretatio magno est in pretio apud Eruditos = *Morale tiree des Confessions de S. Augustin*. Parisiis apud Merigot 1786: vol. 2 in 12. Hoc morale ex D. Augustini Confessionibus erutum magnas etiam laudes ab eruditis collegit = *Caracteres de la vraje devotion*. Parisiis apud Mequignèn 1786 = *Maximes spirituelles avec des explications*, Parisiis apud Belio 1789 in 12 = *La science du crucifixe P. M. l'Abbe* G. Parisiis apud Onfroy = *La science pratique du Crucifixe dans l'usage des Sacremens de Penitence et d'Eucharistie*

pour servir de suite a un livre intitulè La science du Crucifixe. Vide Felleri *Journal* Augus. 1787.

* Guarini Joa. Baptistam Lascaris affirmat Gusta obiisse an. 1795.

Gruber, sive Grueber R. A. Pater Gabriel Viennae n. 6 Maii 1740, Soc. ac. in Prov. Austriae 18 Octob. 1755, vir graece, et hebraice eruditus, scientiarum fere omnium tum sacrarum, tum naturalium, artiumque bonarum ornamentis probe instructus. In Academia Viennensi linguarum Orientalium linguam graecam, et historiam tradidit. Anno 1773 Mechanicam profitebatur in Collegio Labacensi in annum quintum. An. 1802 in locum suffectus est R. A. Patris Francisci Kareu vita functi eodem anno, cui praeiverat R. A. Pater Gabriel Lenkiewicz e vivis ereptus 1798. Obiit R. A. P. Gruberus Petropoli 5 Apr. 1805, locum ejus subeunte R. A. Patre Thaddaeo Brzozowski. Hac ratione castigantur, quae Basi 7 animum alibi habens scripsit Auctor operis graecanice dicti *doxa metagaston etc.* Opera. Cl. Franciscus Gusta laudat R. A.P. Gruberum, ut eximium Architectum, Machinatorem, Statuarium, Pictorem, Botanicum, Medicum; addit eum magnam multiplicis, variique argumenti scriptorum copiam reliquisse, ex quibus aliquot existimat idem typo fuisse vulgata.

Guevara Josephus Matriti n. 13 Martii 1719, Soc. ac. in Provincia Paraquariae an. 1732 v. 4 nun. 30 Aug. 1752. Tradita Philosophia destinatus a Praesidibus fuit Historiae Paraquariae conscribendae quam, ut erat hominis industria, ad exitum feliciter perduxisset, nisi exilium in Italiam abripuisset. Hispelli ad Umbros, in cujus Canonicorum Collegium fuerat adscitus, obiit 23 Feb. 1806. Opera = *Dissertatio Antiblasiana, seu Blasius admonitor in Blasium Commonitorem*, Venetiis 1775 typis Thomae Bettinelli. Propugnatur Jesu Cordis cultus = *Dissertatio Historico - Dogmatica de Sacrarum imaginum cultu Religioso quatuor Epochis complectens Dogma, et disciplinam Ecclesiae super Sanctas imagines*. Fulginiae 1789 typis Jesualdi Fofi in 4. Dicat opus Philippo Trenta Episcopo Fulginati = *Dissertazione sopra gli oracoli nella quale si fa manifesto contra Fontanelle che il Demonio ebbe parte negli oracoli degli antichi*. ibid. in 8, sed non expresso anno = *Risposta all' anonimo della lettera sopra la vicinanza del giudizio universale*: ibid. 1790 per Joan. Tomassini in 8. Reliquit haec mss. = *Historia natural, politica, Eclesiastica, y Jesuitica del Paraguay*: tom II. in fol. ubi copiose disserebatur de expeditionibus, et inventis Josephi Quiroga, quae facile sua dicet, quisquis hanc historiam compilaverit = *Vida dell' Illño Sig. D. Bernardino Cardenas* in fol. = *Disertacion sobre la fe, que se debe dar a las ... y escritos del mismo Illño Cardenas, confirmandolo todo con Cedulas R. con Audiencias testigos y con sus misma originales escritos* = *De abusu superstitioso rerum Sacrarum*; tomis VIII. in 8.

* Gusta Franciscus idem numquam defessus, ac semper eruditissimus haec sua laudat *Giudizio critico sul trattato di educazione claustrale del R. P. Pozzi con aggiunte*. Florentiae 1780. Cl. Joannes Bapt. Muñoz eruditione, ac scribendi elegantia praestans, acri sermone hispanico reprehendit specimen educandae Juventutis Religiosae a Pozzio vulgatum; han reprehensionem Gusta italicam fecit cum accessionibus = *Ricordi Politico - Religioso - amorevoli di un Padre di Famiglia al suo Figlio alla fine del Secolo XVIII.* Venetiis 1800 = *Risposta di un Parroco Cattolico alle Riflessioni democratiche del Dottore Giovanni Tumiati*. Venetiis 1799 = *Due lettere inserite nel giornale Ecclesiastico di Roma nel 1790* = *La Chiesa Russa, ossia origine, vicende, e stato presente*. Vol. 2 in 8. M. S. = *Elogio Storico del fu Generale della Marina Spagnuola D. Federico Gravina* M. S. = *Plures dissertationes de historia Ecclesiastica Panormi recitatae* M. S. = *Notizia degli Scrittori Gesuiti i quali*

dopo la abolizione della Compagnia hanno pubblicato diverse opere . Hoc Gustae M. S. Neapoli Romam ad me misit doctissimus Joannes Andres mense Main an. 1816 . Claris. Aloysius Rezzi S.J. Congregationis Indicis Consultor egregium Gustae operam in hoc catalogo conficiendo navavit . Recensentur in eo Exjesuitae Itali 200 , et amplius : Hispani 131 : Lusitani 12 : Galli 47 : Germani 29 : Angli , et Poloni 6 . Digna est profecto quae laudetur auctoris industria : sed non desunt quae emendentur etiam in his, quae nimis summatim scribit . Utar tamen , cum se occasio dederit , quin me praedem faciam pro veritate dictorum . Obiit doctissimus Gusta Panormi anno 1816 .

H

Hallerstein Augustinus , quem minus recte Allerstein nonnemo nominat , ex Provincia Austriae in qua Societati se addixerat , in Sinas concessit . Ob singularem Matheseon cognitionem a Sinensium Imperatore renuntiatus fuit Tribunalis Mathematici Mandarinius Praeses , in locum suffectus Ignatii Koegler S. J. Pekini vita functi 30 Martii 1746 , et cui debentur observationes astronomicae Pekinenses ab anno 1713 ad 1745 ab Hallersteino collectae et in ordinem digestae . Augustinus obiit ante ao. 1777. Opera = *Observationes Astronomicae ab anno* 1717 *ad annum* 1752 *a Patribus S. Jesu Pekini Sinarum factae* . Viodobonae typis Trattner 1768 in 4 . Praestantissimus Astronomus Maximilianus Hell (de quo in loco) eas vulgandas curavit . Praeter Hallerstein Auctores quoque fuerunt harum observationum Jesuitae Pereyra , Koglerus , et Slavisceksius = *Problema* de supputanda distantia minima centrorum Solis , et Lunae geocentrica in ecclypsibus solaribus , ex harum initio , et fine , phasibusque ante , et post medium illarum , ope micrometri dimensis . Extat in Ephemeridis Astronomicis anni 1774 Patris Hell ; ubi etiam extat solutio hujus utilissimi problematis = *Al Illustres Academicos Petropolitanos De differentia Meridianorum Petropolitani , et Pekinensis* : extat in tomo 19 operis inscripti *Novi Commentarii Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae* . Petropoli 1775 in 4 . typis Academicis . = *Opuscula varia Sinica gallice versa* . Videatur tomus sextus operis inscripti *Memoires concernants l'histoire ... des Chinois* .

Harmayer sive Harmayr Joan. Baptista , Viennae natus 16 Martii 1742 Soc. in Provin. Austriae ac. 18 Oct. 1757 . In Collegio Labacensi Poeticam an. 1773 profitebatur . Opera = *In obitu Josephinae Ducissae Bavariae , et secundae Josephi secundi uxoris* : an. 1767 = *De transitu Leopoldi Magni Ducis Etruriae per Styriam* 1773 = *In possessione Austriacorum partis Poloniae* 1773 = *In die quo aperti , et pervii facti sunt magni horti Viennenses* 1775 : Ex Austria docta .

Heidfeld Adamus Viennae n. 4 Dec. 1731 , Soc. ac. in Provincia Austriae 27 Oct. 1747, v. 4 nun. In Collegio Theresiano Viennensi profitebatur an. 1773 Logicam , et Metaphysicam . Extincta Societate Canonici Viennensis, Secretarii Consistorii Militaris , et Protonotarii Apostolici muneribus fuit decoratus . Minuta aliquot opuscula typo vulgavit ; et m ss. habebat interpretationem germanicam a se factam mensurae graduum Meridiani Viennensis auctore Josepho Liesganig , de quo inferius : ex *Austria docta* .

Herberth Josephus nobili genere natus Clagenfurti in Carintia 2 Sep. 1725, Soc. ac. 28 Oct. 1740, v. 4 n. 2 Feb. 1759 . Anno 1773 profitebatur in Collegio Viennensi Physicam generalem , et particularem in annum undecimum . Opera = *Theoria phaenomenorum Electricorum* . Vindobonae 1772 = *Dissertatio de aqua aliorumque nonnullorum fluidorum elasticitate* : Ib. 1773 = *Dissertatio de igne triplicem illius statum complectens , ut fluidum elasticum , et calorem efficiens , ut lux est , ut a corporibus gignitur , et ab-*

sorbetur : Ibid. 1773 in 8 : Aliaque opuscula : ex *Austria aceta*. = *Praelectiones* (reor) *Philosophicae* laudantur in optica Joachimi Richtenburg, de quo infra.

Herce Josephus Lucronii natus mense Augusto 1735, Soc. ac. in Provin. Castellana mense Novembri 1757. Bononiae, ubi Provincia Castellana domicilium fixerat, Scholasticos Castellanos Theologiam docuit. Ad eruditi, acrisque Theologi laudem accessit illustrior illa hominis sine fuco, ac fallaciis majorum more. Obiit 9 Oct. 1815 in Romana Professorum Domo, dum profectionem in Hispaniam alacris etsi octogenarius pararet, Societatem ibidem restauraturus. Opera = *Super mente V. C. Bellarmini de systemate Scientiae mediae Confutatio apologeticae responsionis R. P. I. A. S.* (Scanellari Barnabitae) *Bononiae Theologiae Professoris ad Donatum Liberium* Assisii 1791 typis Octavii Sgariglia in 4: tacito nomine = *De Divina Gratia* m ss. Sermone hispanico. Cogitabat Herceus, (Haec fortasse cogitatio nonnulli digna videbitur, quae ad effectum adducatur) : cogitabat inquam ex innumeris haud minus veris, quam ingeniosis interpretationibus, quibus Eximius Doctor perplurimas Scripturae S. sententias explicat, copiosam syllogem conficere typis vulgandam.

Herzog Josephus in Thermis Superioribus (Baden) apud Helvetos n. 29 Oct. 1727, Soc. ac. in Prov. Germaniae Superioris 28 Sep. 1748, v. 4 nunc. 2 Feb. 1763. Post traditam latinae linguae grammaticam 8 continenter annos se ad expeditiones Apostolicas, quas Missiones vocant in Helvetia obeundas impigre transtulit, quarum praefecturam iniit anno 1771, illamque etiam extincta Societate retinuisse videtur. In opere quidem iam iam laudando appellatur *Superior der apostolischen Schweizermission* (Superior apostolicarum Missionum in Helvetia). Opera = *Die Vollkommenheit einer christlichen Oberkeit in dem seligen Nicolaus von Flue entworfen, und in einer dreytägigen Gemuths versammlung vorgetragen*. (Perfectus, absolutusque Moderator Christianus ex D. Nicolao de Flue Helvetio, qui obiit an. 1487 adumbratus et expressus) Lucernae per Georgium Ignatium Thuring 1792 in 8.

Hofstater Antonius, Viennae n. 4 Oct. 1741, Soc. ac. 1756, linguis orientalibus, et disciplinis mathematicis addiscendis operam fructuosam dedit. Passaviae eloquentiam docuit, et amoeniores litteras in Collegio Theresiano Viennensi. Bacalaureus quoque fuit in Schola Theologica = Burkhardi opera continuavit; et duas partes edidit Viennae 1773. Intentus erat artium studio, et in historia patria elaborabat. Ex Austria docta. In catalogo m ss. Austriae 1770 lego Felicem Hoffstatter Viennae n. 4 Oct. 1741, Soc. ac. 15 Oct. 1757, degere in Collegio Academico Viennensi 1770, ac studere Theologiae in an. 2um. Fortasse duplex nomen Felicis, et Antonii habebat. An. 1773 in Collegio Judenburgensi Pater erat tertiae probationis : ex catalogo typis edito.

Hohenwart Sigismundus summo loco in oppido Gerlaschstein apud Carnos n. 2 Maii 1726, Soc. ac. in Provincia Austriae 3 Nov. 1744 : v. 4 nunc. 2 Feb. 1764. Linguas callebat latinam, germanicam, Carniolicam, et Italicam. Tradita Rhetorica, Nobilium in Collegio Theresiano Viennensi fuit Praefectus, et Historiae octo saltem annos Professor. Anno 1773 Regens erat Collegii Nordici Lincensis. Jussis Mariae Theresiae Augustae Florentiam venit ejus Filium Franciscum Magnum Hetruriae Ducem artibus, moribusque informaturus. Discipulus Augustus in Imperatorem electus Magistrum honestavit infulis Fani S. Hippolyti. Deinde anno nempe 1803 eum evexit ad Archiepiscopatum Viennensem, effuse plaudente immortali Pio VII., qui litteris ad Imperatorem datis Sigismundi eximie laudat virtutem, atque doctrinam, illumque solvit a Datariae oneribus. Quam recte hanc Provinciam Sigismundus administraverit ex hoc uno facto, quin oratio longius

excurrat, plane colligitur. Tribunal erexit doctissimis, religiosissimisque viris constitutum abusibus tollendis. Obiit Viennae 13 Martii 1816. Opera = *Litterae Pastorales*.

Horvath Michael. Opera = *Introductio ad historiam hungarico-criticq politicam* Viennae 1770 in 8 = *Belisarius*: est interpretatio operis gallici Marmontellii: ibid. 1771 = *Historia arcana belli Turcici*: ibidem 1776 in 8: est interpretatio Historiae gallicae Comitis a Schmettau. Omnia ex *Austria docta*, de cujus narratione locus est ambigendi. Geminus est in Catalogo Austriae ann. 1764 Michael Horvath: senior unus Comaronii natus 28 Sep. 1728, Societatem ingressus 15 Oct. 1744, cujus vota 4 suscepit 2 Feb. 1762, qui traditis Poesi, Philosophia, Mathesi, Historia Sacra, ac Theologia, in ea Decanus erat an. 1773 in Collegio Cassoviensi, ut liquet ex Catalogo ejusdem anni. Junior alter Michael natus 1734, Societate suscepta an. 1749, Rhetoricam simul cum Poesi docebat anno 1764 in Collegio Ginsiensi; et quem (fortasse a Societate discesserat) non reperio in Catalogis ann. 1770, et 1773. Propendeo igitur in eam sententiam attribuendi Juniori laudata opera. Praetereà, quod est maxime momenti, incredibile fit Michaelem Seniorem tot muneribus litterariis decoratum noxias Marmontelii nugas interpretationis honore prosequi cogitasse, Societatisque Praesides interpretationis vulgandae permissionem indulsisse.

I

Jaworski Stanislaus n. 25 Apr. 1711, Soc. ac. in Provincia Poloniae Minoris 5 Sept. 1728, v. 4 nunc. 2 Febr. 1746. Leopoli, ac Gedani Rhetoricam docuit, et anno 1768 Praefectus erat Studiorum in Collegio Brestensi. Opera = *Jonathas Tragoedia latina*. Calissii 1746 in 4: ex *Polonia litteraria* Janozki de quo Lipsienses ad an. 1754; quam reor tragoediam Polonice quoque fuisse scriptam, uti videtur asserere Cl. Andreas Josephus Zaluski in Bibliotheca Poetarum Polonorum qui patrio sermone scripserunt = *Specimina litteraria laborum in Reipublicae Orthodoxae, atque Ecclesiae obsequium susceptorum*. Varsaviae ex typog. Mitzleriana 1767 in 12. Orationes sunt Rhetoricae tum sacrae, tum prophanae, quas dicat Auctor Josepho Andreae Zaluski Kijoviensium Antistiti.

Iturri Franciscus, nobilibus genitoribus n. in Urbe S. Fidei in Paraquaria 10 Oct. 1738, Soc. ac. in eadem Provincia 28 Oct. 1753, v. 4 n. 2 Feb. 1772. Studiis Philosophicis, ac Theologicis Iturrius adjunxit plurimam Botanicarum rerum doctrinam, et eximiam historiarum Americanarum cognitionem. Antonius Vargas Laguna Legatus Hispanicus ad Sedem Apostolicam Iturrium delegit latinitatem, ac Philosophiam docendis nobilibus Adolescentibus Hispanis legationi Hispanicae addictis. Opera = *Carta critica sobre la historia de America del Sig. D. Juan Bautista Muñoz escrita de Roma*. Matriti 1798. Cl. Joanem Bap. Muñoz de rebus Americanis Scriptorem in plurimis acriter reprehendit. Sub hujus acris epistolae initium pollicetur Cl. Iturrius aliud opus inscriptum *Daños, que debe temer la España de la libertad, conque se calumnian sus Colonias*. Detrimenta exponit, quae passura est Hispania ab infinita exterorum licentia infamandi suas Colonias = *Historia natural, Eclesiastica, y civil del Virreynato de Buenos ayres* m. ss.

* Iturriaga Emmanuel Marianus. Dixi Iturriagam existimari Auctorem operis inscripti: *Il peccato in Religione, e in Logica etc.* quod editum fuit Assisii 1791 per Octavium Sgariglia; sed verus Aucta fuit Demetrius Sanna; de quo suo loco sermonem feci.

Junglingk Joan. ex Prov. Bohemiae, in cujus Hradistiensi Coll. commorabatur 1772. In universitate Pragensi fuerat antea Regius Mathesis Professor. Opera = *Fundamenta mathematica etc.* Pragae typ. Universitatis S. J. 1747 in 8

= *Opusculum de Dioptrica*; laudatur a nostro Stepling in *Litterarum Commercio*.

Junguito Andreas, Corduhae natus 11 Nov. 1703, Soc. in Provin. Boethica ae. 2 Sep. 1719, v. 4 n. 2 Feb. 1737. Theologiae moralis callentissimus, quam totos 20 annos laudatissime docuit. A Regia Societate Medica Hispalensi in Sociorum numerum cooptatus, degebat Granatae 1767. Obiit Arimini in Æmilia 17 Martii 1778. Opera = *Punto indivisibile dividido en dos puertas para la eternidad*. Tomi II. in 8 Hispali; agit de puncto mortis quae duplicem januam felicitatis aeternae, et aeternae infelicitatis hominibus aperit.

K

Kampmiller Ignatius Viennae n. 21 Jul. 1693, Soc. ac. in Prov. Austriae 9 Oct. 1709 v. 4 n. 2 Feb. 1727. Philosophiae, ac Theologiae Doctor, quam utramque disciplinam publice tradidit = *Bibliothecae veterum deperditae in Augusta Vindobonensi Caesarea instauratae*. Viennae 1729 in 8: Ex Vogelio *Specimen Bibliothecae*. tom. I. Fuit a confessionibus Imperatricis Mariae Theresiae annis 30. Extincta Societate ejusdem Augustae nummos egenis pauperibus erogandi munus obivit, renuntiatusque fuit exercituum Imperialium Vicarius Apostolicus. Obiit Viennae 1777. Ex Feller. *Journal* tomo 147.

Kanauski Stanislaus nobili genere Polonus obiit Varsaviae 4 Aug. 1773, aetatis 74. Ejus obitu magnam Polonia jacturam fecit, extincto viro de litteris, ac de Patria benemerentissimo. Tempus haud exiguum eruditionis augendae gratia diversatus fuerat Romae, Parisiis, Dresdae, ac Lipsiae, celebrioresque Germaniae Academias diligenter lustraverat. Varsaviam erecto educandis Nobilibus Collegio nobilitavit. Neque modicam sibi gloriam ex suis scriptis comparavit. Infulas Presmilienses ab Augusto III. eidem decretas constanter repudiavit. Augusti III. Successor Kananskium magno in honore habuit, et iconem ex auro eidem decrevit: ex Ephemeride titulo *Journal Historique, et litteraire etc.* mense Oct. 1773, eodem anno Luxemburgi edita; ubi non exprimuntur singillatim, quae Kanausehius scripserit.

Kaprinai Stephanus Erseckvivarini in Hungaria n. 12 Aug. 1714, Soc. ac. in Provin. Austriae 14 Oct. 1729, v. 4 nunc. 15 Aug. 1747: traditis Poetica, Rhetorica, Philosophia, Mathesi, Jure Canonico, Historia Ecclesiastica, Theologia, et Eloquentia Sacra; denique tot traditis disciplinis, destinatus fuit jussis ni fallor Caesareis ad conscribendos Hungariae Annales. Obiit vir summus omni doctrinarum genere expolitus ineunte anno 1786. Opera = *Ur - Napi Bizonyitas Mellyet A' szent irasbol Regi szent atyakob Egy Hazi Historiakbol Fel-Tett Jegyseseklal*. Cassoviae typis Academicis 1755. Ex scsiptura, Patribus, et Historia Ecclesiastica confirmatur Solemnitas Corporis Christi. Sic fuit mihi interpretatum a Stephano Dabos nobili, et eruditissimo Hungaro ex Ordine S. Pauli primi Eremitae in Hungaria maxime florente = *Eloquentia Sacra*: tom. II. Cassoviae 1758, et 1763 = *Hungaria diplomatica temporibus Mathiae de Hunyad Regis Hungariae*: pars prima. Vindobonae 1767 in 4 typis Joannis Thomae Nobilis de Trattners = *Pars secunda*: ibid. an. 1772 = *Vel Christus est in Eucharistia vel non est Deus*: ex Feller in Catechismo Philosophico. Vide Katonae par. secundam *Historiae pragmaticae*.

Kaschutnigg Joann. Bapt. Carinthus Sonnegensis, n. 16 Junii 1714, Soc. ac. in Prov. Austriae 10 Oct. 1730 v. 4 nun. 2 Feb. 1748. Plures annos Philosophiam, ac Mathesin tradidit. Speculae, ac Musaeo Mathematico praefuit, aliaque praeclara munera obiit. An. 1773 rerum spiritualium Praefectus erat in Collegio Judenburgensi. Op. = *Augustissimae domus Austriacae ... Augusta pietas*. Viennae 1752: ex doctissimo

Leopoldo Gruber Cler. Reg. ex Scholis Piis pag. 98 par. prima *speciminis Bibliothecae Germaniae Austriacae* Joan. Nicolai de Vogel = *Regni mineralis pars nobilior . Lapides vitrescentes , et gemmae brevi compendio propositae etc.* Viennae Austiae per Joannem Thomam Trattner 1752 in 12 . In praefatione dicit Auctor se olim discipulum fuisse carissimum nostri Erasmi Froelich,(de quo in loco) polliceturque lectoribus quoddam aliud opusculum Mineralogiae futuro anno se in lucem daturum .

Kerens Henricus Joannes Trajecti ad Mosam n. mense Majo 1725 , Soc. ac. in Provin. Flandro-Belgica 29 Sep. 1740 v. 4 nunc. 15 Aug. 1758 . Viennam ab Augusta Maria Theresia vocatus in Collegio Nobilium Theresiano Ethicam , et Historiam tradidit ; ejusdem denique Collegii regimine suscepto nobilem illam Juventutem sic moribus , ac disciplinis informari ardeuder instituit , ut ad Collegium Theresianum , longe, lateque per Europam universam ejusdem fama diffusa, tamquam ad virtutis , ac litterarum Emporium undique concurreretur . Anno 1769 Maria Theresia Augusta Henricum in Episcopum Ruraemundensem elegit , qua ex Sede ad Neostadiensem eadem Augusta anno 1773 evexit ; curatione insuper ad eundem copiarum Imperialium in rebus Ecclesiasticis delata , intimum esse voluit Caesaris a consiliis , ac Consistorii Militaris Praesidem . Tot honoribus, muneribusque ornatum , et summa apud Principes gratia florentem mors Henricum abstulit Viennae 26 Nov. 1792 . Opera = *Discours historique sur ce qui s'est passè en Europe depuis* 1450 *jusqu'a* 1500 Viennae typis Georgii Ludovici Schulz 1762 . Hanc orationem historicam de gestis per Europam ab anno 1450 ad 1500 Josephus Retzer germanice vertit = *Discours raisonnee sur l'histoire* = *Litterae Pastorales* , ex quibus una non admodum arrisit disciplinae Ecclesiasticae studiosis ; ut testatur Fr. Xaverius Feller in ephemeride (Journal) mense Martio 1793 .

Keri Franciscus Borgia nobilis Hungarus Provinciae Szaboltsensis n. 12 Oct. 1702 , Soc. ac. in Provincia Austriae 21 Oct. 1719 , v. 4 nunc. 2 Feb. 1737 . Linguam tradidit graecam , Philosophiam , ac Theologiam , et in utraque Doctor renuntiatus . In Collegio Viennensi Praefectus fuit generalis studiorum , et aliquot collegia prudenter rexit . Tirnaviae novam bibliothecam , ac turrim astronomicam extruxit . Tubos suo marte catadioptricos , ac Neutonianos confecit . Tirnaviae obiit an. 1768 . Opera = *Epitome historiae Byzantinae* : tom. VIII. in 8 . Tirnaviae 1738 : ibid. 1744 tom. II. = *Dissertationes phisicae* : ibid. prima 1752 : secunda 1753 : tertia 1754 : quarta 1755 ; ex Katona *Historia pragmatica* par. 2 pag. 847 .

Kilber Henricus ex Prov. ad Rhenum Superiorem , in cujus Herbipolensi Collegio Sacros libros explanabat 1766 ; ibidem antea Theologiam Scolasticam fuerat professus . Opera = *Theologia Dogmatico-Polemico-Scholastica Praelectionibus Aceademicis accommodata a P.Henrico Kilber S. J. Sacrae Theologiae Doctore* . Virceburgi 1770 . Tom. IX. in 8 .

Kirschbaum Christophorus ex Prov. ad Rhenum Superiorem in cujus residentia Bruchsalieni Dioecesis Spirensis concionatorem agebat an. 1766 . Professus antea fuerat Rhetoricam , et Poeticam in Badensi Collegio . Opera = *Predigten uber Glauben , un Unglauben der damaligen Zeiten* . Moguntiae apud Haefner 1780 . vol. 3 in 8 ; inscribitur noster concionator Aulae Episcopi Principis Spirae . Ex Fellero , (*Journal* tomo 158) qui has de fide , et infidelitate hujus aetatis conciones meritis laudibus neutiquam defraudat .

Klein Carolus ex Provincia Austriae qui anno 1764 neutiquam inter vivos numerabatur . Opera = *Oratio de laudibus ... Leopoldi Daun etc.* Viennae , Pragae , et Tergesti typis Josephi Thomae Tratner 1757 = *Analecta Poetica Austriae Soc. J. ... Analectorum Epicorum pars prima* . Viennae Austriae

typ. Josephi Thomae Trattner 1755. Hac prima parte continentur poemata epica condita a Jesuitis ex Provincia Austriae perpetuis, copiosisque notis a Kleino illustrata. Praeit erudita longaque praefatio de operis ratione, optimis onusta monitis juventuti poeticae admodum profuturis. In ea laudat Hedelinnm artis dramaticae gallice celebrem Scriptorem. Indicem pollicetur locupletissimum, in quo fuse explicentur quae ad mythologiam, et eruditionem historicam pertinent, in his analectis summatim indicata. Censeo non fuisse editum. Poetae in hac prima parte contenti sunt Pater Fridericus Wibmer: Magistri Viennenses, nondum Sacerdotes: Ferdinandus Erns nondum Sacerdos: Ludovicus Debiel, nondum Sacerdos, cujus sunt 35 metamorphoses Styriae admodum ingeniosae: Pater Vincentius Piscon: Pater Franciscus Gross: Pater Zoachimus Holle, cujus est poemation *Diphtera Jovis* satis copiosum, facile, ac fluens: Pater Casparus Filzet; cujus sunt 24 *Prosopopaeiae Sacrae*: Pater Joannes Macher: Pater Carolus Vitelli: Postremus denique Christianus Edschlager nondum Sacerdos, Auctor poematis didascalici inscripti *Synopsis Rei numariae Veterum*. De nostro Christiano Edschlager, quem Josephus Eckel summus hac super re arbiter vocat (*Catalogus Musaei Caesarei par. prima*) *scientia numismatica, atque universa Philologia ad miraculum excultum*; haec Kleinius ait: *Reddita haud multo post* (editionem primam) *Auctori* (Edschlagero) *nobilis, doctique Britanni epistola, quae sumptu oblato, ut copiosorem paullo de hoc argumento doctrinam adornaret, ab antiquario nostro* (Edschlagero) *non tam rogavit, quam flagitavit. Sed ingentis animi Juvenis alia longe consilia fovebat, vix Theologiae percursis spatiis ad apostolicae vitae munia traductus, in iisdemque annos complures versatus; dum denique, incessente gravi morbo Stiram, Austriae Superioris Urbem, ubi Evangelici praeconis munus obibat, in medio vitae spatio victima caderet charitatis, linguaque illa sacri oratoris, quae Graecorum, Hebraeorum, ad haec omnium prope Europae gentium ore loquebatur, penitus obmutesceret. Haec causa non editi, quod expectabatur, fusioris operis.* Penes me est exemplum primae editionis *Synopsis* in 18; quam rarissimam Kleinius asserit, omissis auctore, typographo, anno, ac loco; neque paginae numeris distinguuntur. Praeit Admonitio, in qua laudat Auctor Cevam, Gianettasium, et Rapinum = *Analecta Poetica Provinciae Austriae Soc. J. ... Analectorum Epigrammaticorum Pars prima, et secunda*: ibid. 1757. In praefatione Kleinius monet eximium, Poetam Paulum Hansizium e S. J. auctorem esse epigrammatum in veteris noviqueTestamenti historias; quae Weigelius Hansizii amicissimus subjecit iisdem historiis a se eleganter caelatis; laudatque ibidem Cl. Abrahamum a S. Clara Augustinianum Discalceatum, qui haec Hansizii epigrammata digna judicavit, quae insererentur operi suo germanico inscripto *Misch Masch* omisso Hansizii nomine. Cum Weigelii opus a Kleinio laudatum non sit impensarum gratia adeo parabile, en illius saltem inscriptionem *Historiae celebriores veteris testamenti iconibus representatae, et ad excitandas bonas meditationes selectis epigrammatibus exornatae in lucem datae a Christophoro Weigelio Norimbergensi* 1708. Epigramma primum veteris testamenti est sic: *Serpens in medio Paradyso callidus Evam = Blanda suum pomo decipit Eva virum = Posteritas lapsu primorum disce Parentum = Insidiis nullum, qui caret, esse locum.* Primum Novi Testamenti epigramma est hujusmodi *En Regum fert dona Trias, a sidere ducta est = Ac etiam in Stabulo docta latere Deum = Saepius o coeli sequerentur lumina Reges = Proficuos possent, quam sibi, nosse viros.* Praefationem excipit accurata *Dissertatio de epigrammate* auctore Kleino. Poetae Epigrammatici in hac prima, et secunda parte conteni sunt

Christophorus Kissenphenning nondum Sacerdos: Pater Paulus Hansiz: Pater Gerardus Hillegraud: Pater Antonius Hellmayer: Pater Josephus Schalletari: Pater Ferdinandus Scherr: Sigismundus Gleispach nondum Sacerdos: Pater Joa. Baptista Rosingh: Pater Wolffangus Plockner: Leopoldus Helmling nondum Sacerdos: Pater Franciscus Siserus: Pater Andreas Franzell: Georgius Daroczi nondum Sacerdos: Pater Antonius Vanossi: Pater Leopoldus Prandtner: Pater Antonius Focky: Pater Petrus Schez Cancellarius in Academia Graecensi an. 1741: in subjecta nota pag. 47 ait Patrem Josephum Stainninger Theologiae Doctorem laudationem funebrem Caroli VI. Imperatoris dixisse Graecii ad Academiam, quae edita fuit: Pater Josephus Khel: Andreas Krenmayr non Sacerdos: Pater Antonius Augusti: Pater Gregorius Waldschacher: Georgius Wal: Pater Michael Kromholz: Pater Joannes Foresius: Pater Georgius Petraschek: Pater Franciscus Adversat: N. C. nescio quis sit: C. K. miki etiam ignotus. Lectorem nosse non pigebit Carolum sibi fratrem, aut, saltem genere proximum habuisse Joannem Klein ex Provin. Bohemiae, qui Vetero Pragae obiit 1762, plurium machinarum ingeniosum inventorem. Excogitavit idem, atque perfecit horologium Planetarium, et cyclographicum, quod palam exhibitum fuit in Magna Aula Carolina Pragensi, cujus descriptionem latinam legi quinque plagulis typo datam. Josephus Stepling (de quo in Supplem. primo) testis, et idem optimus Judex asserit in *Litterarum Commercio* istiusmodi mathematico physica automata auctore Joanne a viris ex omni ordine praestantibus non sine admiratione etiam nunc celebrari.

Koffler Joannes, Pragae natus, Soc. ac. in Provin. Bohemiae, ex qua ad Missiones Japponenses animum, viresque omnes adjecit an. 1738. Cum in Scientia Hippocratica excelleret, Imperator Cochincinensis eum sibi Medicum voluit. Ob Christi fidem multa perpessus, in Carcerem fuit detrusus, quo in loco egregium scripsit volumen de Imperio Cocincinensi. Libertate habita effugere non potuit quin longis navigationibus aerumnosisque obitis, in Europam delatus, in carcerem Julianaeum conjiceretur. Vid. *Comp. istorico dell'espulsione* paginis 299, et 370. Provinciae Bohemiae restitutus missionarius erat Regius in Transylvania an. 1772.

Korycki Michael, Lithuanus n. 7 Septemb. 1714, Soc. ac. in Provin. Lithuaniae 2 Jul. 1730, vota 4 n. 2 Feb. 1748. Minsciae obiit 10 Martii 1781. Collegio Varsaviensi, quod Provinciae recens erectae Masoviae erat adscriptum, praeerat 1764; et in Collegio Polocensi Rectori erat a consiliis an. 1770. Vir eximia pietate quam dicitur numquam letali noxa violasse; eminenti doctrina, et laude concionandi praeclarus; et erga Deiparam singulari studio, quam omnibus viis cum a se, tum ab aliis colendam adlaboravit, in ejusdem Deiparae honorem editis libris, concionibus, et plurimis Carminibus in quibus condendis valebat plurimum. Poemation etiam edidit in laudem Augustissimae Catharinae II. Russorum Imperatricis. Ex Termanini, in ejus vita, et ex Fellero *Journal* tom. 159.

Krammer Michael Korneuburgi in Austria inferiori n. 26 Dec. 1726, Soc. ac. in Prov. Bohemiae 9 Oct. 1746, v. 4 n. 2 Feb. 1764. Philosophiam morum, poeticam, et Theologiam moralem docuit, munusque Concionatoris obibat Pragae an. 1772 Opera = *Theoria de lege virium ad corporum phaenomena applicata* 1765 = *Sacrae memoriae Bohemiae* 1767 = *Sammlung heiliger Reden uber wichtige Wahrheiten der sonntarglichen Evangelien auf das ganze Iahr* (Collectio sermonum sacrorum de gravioribus veritatibus, quae continentur in Evangeliis Dominicalibus totius anni) Pragae pars prima 1774: secunda 1775 = *Rede von den herrlichen Vorzugen der Gotteshauser, und von den Pflichten gegen dieselben*

ben (De excelsa Templorum dignitate, et de debita erga ea reverentia). Pragae 1776 in 8. Ex Anstria docta.

Kraz Georgius ex Provincia Germaniae Superioris, in cujns Collegio, et Universitate Ingolstadiensi linguae Sanctae, ac Matheseos fuit Professor. Anno 1761 (ut ait Gaspar Savoy in Dissertatione de *Planeticolis*) observavit Veneris transitum per Solem. Alicubi lego obiisse in Residentia Eberspergensi 25 Junii 1770; sed error est saltem in anno; quippe Catalogus Provinciae Germaniae Superioris an. 1766 in 1767 illius non meminit neque inter vita functos anno 1766; unde ejus vitam producere non possumus ultra annos 1765. Opera = *De viribus corporum opusculum primum*. *De genuino principio aequilibrii corporum*. Ingolstadii, et Monachii sumptibus Joan. Fr. Xaverii Gratz 1759 in 8. Dicat Auctor opus Bavariae Duci. De hoc opere, et ejus Auctore haec dicuntur nomine Bibliopolae *Institutionum Physicae generalis* Joannis Bap. Horvath edit. Augus. Vindel. an. 1780: Krazius *Mathematum olim in Universitate Anglipolitana Professor ... qui primus omnium congruente methodo, et summa accuratione in hanc causam inquisivit, eandemque felici prorsus eventu, et magna nominis sui fama detexit*.

L

L. M. B. His grandibus litteris latere amavit Aloysius (Luigi) Maria Bucchetti in Epistola (*Lettera al Cittadino Giov. Vinc. Bolgeni etc.*) edita Aletopoli (Est ne *Coelestis urbs Jerusalem?*) 1798. Venet. apud Franc. Andreola Typographum Venetum. In opere Gentilini *La Pazzia etc.* typorum lapsu Bucchetti vocatur Bocchetti.

Lachemayr Carolus Oeniponti n. 9 Jan. 1718, Soc. ac. in Provin. Germaniae Super. 9 Oct. 1733, v. 4 nnn. 2 Feb. 1751. Poe i, Rhetorica, Historia, Philosophia, et Theologia traditis, Romam fuit vocatus, ut scripta Jesuitarum Germanorum edenda recognosceret; quo gravissimo munere (Revisorem vocant) novem functus annos, Collegio Friburgo-Brisgoico praeerat an. 1773. Obiit 17 Aug. 1783. Opera = *Dissertatio de anima vegetativa*. Oeniponti typis Michaelis Antonii Wagner 1750 in 8; quam de natura plantarum dissertationem quidam ejus Censor jure dicit *nihil posse displicere Theologo, nihil non debere placere Philosopho praeter brevitatem*.

Lacunza Emmanuel in Urbe Jacobea (Santiago) regni Chilensis n. 19 Jul. 1731, Soc. ac. in Prov. Chil. 1747, v. 4 n. 2 Feb. 1766. In otio Italico libris sacris, eorumque explanatoribus assidue legendis, meditandis, et evolvendis omnem animi contentionem adhibuit; cujus uberrimus fructus spissum fuit opus hispanicum de Christi adventu cum amplitudine, ac Majestate, in quo acerrimum elucet Auctoris ingenium, multaque doctrina. Opera = *La venida del Mesias en gloria y Magestad*. *Observaciones de Juan Josaphat Ben-Ezra hebreo Cristiano dirigida a el Sacerdote Christofilo Atico Romano*. In prologo conqueritur Auctor aliquot fuisse excripta exemplaria hujus operis nondum perfecti, neque limati, eodemque loco facit satis nonnullis objectis, scilicet de novitate sui systematis circa secundum Messiae adventum, contra id quod creditur a saeculo quarto Christi; licet primis tribus saeculis judicatum fuerit, sicut judicat Lacunza: purgat etiam se ipsum a plagii crimine, quasi ab Ennodio Papia auctore operis italici *Epoca seconda della Chiesa* systema furatus fuerit; cum unum ab altero toto coelo distet. Prologum excipit discursus praeliminaris, in quo expetit ab interpretibus magis sensum litteralem prophetiarum, et vaticiniorum, quam allegoricum et mysticum iisdem interpretibus nimis in deliciis. Consequitur discursum Caput primum secundae partis de *littera* Sacrae Scripturae. Caput secundum de auctoritate

extrinseca super *littera* Sacrae Scripturae. Caput tertium de communi, generalique systemate circa secundum adventum Messiae. Caput quintum de Millenariis; inter quos bene distinguit Millenarios Catholicos pie, justeque cogitantes ab haereticis, et impuris. Caput septimum de resurrectione mortuorum simul temporis, cui opponit se noster. Caput septimum solvit objectionem petitam ex D. Athanasii symbolo contra suam sententiam, resurrectionem scilicet non uno tempore futuram esse. Caput octavum solvit etiam aliorum objectionem petitam ex cap. 25 Evangelii Mathei. Caput nonum solvit objectionem petitam ex capite 3° epistolae secundae Petri. His 9 capitibus absolvitur prima operis pars. Pars ergo secunda nullis capitibus uti prima distincta, agit subtiliter, etsi contra communem opinionem, de Statua capitis secundi Danielis: et de 4 regnis: de 4 bestiis capitis septimi Danielis; quas aliter ac Interpretes explicat: De Antichristo latissime quem negat esse hominem singularem, sed Incredulorum etc. coetum: de bestia duorum cornuum capitis 13 Apocalypsis: de muliere sedente super bestiam, late et docte: solvit objectiones contra suum de Antichristo systema; nonnullaque alia tractat robusta, ni fallor, novitate. Et sic concluditur tomus primus. Tomus secundus, qui est continuatio partis secundae, procedit etiam sine capitibus. Expendit hoc tomo Judaeorum conditionem ante Christi nativitatem, post Christum natum; et post Christum occisum: quaeritque, an haec illorum deploratissima fortuna aliquando finem sit habitura: Agit etiam de Ecclesia Christiana, quae ultimis temporibus vitiorum pravitate non plurimos habebit cultores: agit etiam late de muliere amicta Sole Apocalypsis D. Joannis; pluresques prophetias splendidas affert, quas alii Doctores ad Ecclesiam Christianam accommodant, ipse ad hebraeam. Tomus tertius, qui continet partem tertiam, ad capitum distinctionem redit. Caput ergo primum agit de Christu adventu. Secundum, et tertium de J. Christi Judicio. Quartum, et quintum de coelo, et terra novis. Caput sextum de sancta, et nova Hierusalem descendente de coelo. Caput septimum solvit dificultates propositas contra suam opinionem de nova Hierusalem. Caput octavum iterum agit de muliere amicta Sole, quae exiit de deserto. Caput nonum de divisione terrae Sanctae inter reliquias 12 tribuum Jacob; et de fundatione urbis Jerusalem, et Templi. Caput decimum De reliquiis Gentium. Caput undecimum de ratione qua in terra nova conservabuntur Fides, et Justitia. Caput decimum secundum de gentibus omnibus in novam Jerusalem convenientibus tamqnam centrum commune. Caput decimumtertium; solvit difficultates contra caput praecedens. Caput decimumquartum de fine mille annorum, et de solutione Draconis. Caput decimumquintum describit statum orbis terraqui post resurrectionem, et Judicium universale. Caput decimumsextum, quod est ultimum, generalem notionem exhibet beatitudinis Justorum post resurrectionem, et Judicium universale. Minutatim, contra quam meus est mos, Lacunzae opus explicatione percurri. Cum opus non sit adhuc typis vulgatum, et permulta exemplaria m ss. in multorum manus pervenerint; haud aegre continget furunculorum aliquem sibi proprium facere Lacunzae systema ingeniosum quidem, quam vero Justum Judicibus aliis decernendum relinquo. Id unum novi plures Lacunzae extitisse laudatores, plures etiam ex ipsa Sodalitate Chilensi oppugnatores acerrimos.

* Lagomarsini Hieronymus. Ejus annotationes in auctores de re rustica, paucis ut dicam obolis emptae ab Aloysio Lanzio Florentiae, ab eodem donatae fuerunt bibliothecae Magliabechianae Florentinae, ut asserit Clar. Honuphrius Boni in praeclaro elogio Lanzii. Opina-

batur Lagomarsinius quoddammodo (tomo secundo Epistolarum Julii Poggiani) tres insignes viros Figliuccium: Nerium, et Alessium Jesuitas esse; sed eruditissimus Joannes Dominicus Stratico ex praeclarissimo PP: Praedicatorum Ordine litteris ad Franciscum Antonium Zaccariam editis Romae 1757 apertissime demonstrat fuisse Dominicanos.

Lagua Nicolaus, in oppido Haro Dioecesis Calagurritanae n. 30 Septem. 1740, Soc. ac. in Provin. Castellana 2 Aug. 1761: ex qua in Paraqnariam transiit, quam mox deserendam perinvita in Italiam transmissione. Romae Nicolaum novi Juventuti nobili privatim educandae fructuose deditum. Obiit Mandelae agri Sabini, (Poggio Mirteto) cujus Sacerdotali Collegio praeerat. Opera = *Obblighi del suddito verso il suo Sovrano per via di lezioni, dimande, e risposte* (De subditorum officiis erga Principes) Romae apud Lazzarini 1792 in 4 est versio ex hispanico Josephi Antonii a S. Alberto Carmelitani Discalceati, et Archiepiscopi Chuquisachensis (de la Plata) cum annotationibus ipsius Nicolai = *Lettere Pastorali*. Tomus primus Romae 1793, apud Lazzarini in 4 Harum litterarum Auctor est laudatus Archiepiscopus. Tomus secundus ibid. eodem anno. Tomus tertius, et quartus alium interpretem nacti fuerunt = *Versione in lingua Italiana della descrizione del viaggio dalla Spagna a Roma del Papa Adriano VI. del Dottor Biagio Ortiz*. Romae 1790 typis Pagliarini in 4. Hanc italicam ex latino versionem suis adnotationibus noster adornat = *Lettera di S. Ignazio di Loyola a Claudio Imperatore dell'Etiopia, e Re degli Abissini, nella quale si difende il Primato, e la Suprema autorità del Romano Pontefice, tradotta dal Latino, e illustrata con note*. Romae 1790. typis Pagliarini in 8 = *Pregj della Chiesa Cattolica Romana, e del di Lei capo Supremo indicati dal Profeta Isaia, ed esposti dal Sacerdote Niccolò de Lagua*. Romae 1791 typis Pagliarini in 8. = *Regole di buona pronuncia, e ortografia latina, ed Italiana etc.* Romae 1788: typis Aloisii Perego Salvioni in 12.

Laimbekhoven Gothifredus, Viennae in Austria natus: ex Provincia Austriae in qua Societati se addixerat, ad Sinas transmisit aeternam illarum gentium salutem procuraturus. A Josepho I. Lusitaniae Rege Nankinensibus designatus fuit Episcopus, Benedicto XIV. P. M. Regis designationem confirmante. Praeter Epistolas Pastorales litteras Nankino misit sermone Lusitano an. 1780 ad Timotheum de Oliveira S. J. a Confessionibus olim Reginae Fidelissimae, quae latine redditae extant in Ephemeridis Clar. Murr eilfter theil par. 11 pag. 195 ad an. 1783. Vide *Compendio istorico della espulsione etc.*

*Lanzi Aloysius. Majorem quam Moro fidem habeo Clarissimis Stephano Morcelli, et Mauro Boni, et Ignatio Rossi, viva voce id mihi asseveranti, qui Lanzium scribunt natum fuisse non Montecchii, sed Ulmodoni (Montolmo) in Marchia Anconitana. Non recte Cl. Maurus Boni S. J. in *Saggio di studii del P. Luigi Lanzi* scribit vota 4 Lanzium nuncupasse anno 1764 invitis catalogis Provinciae Roman. annum 1765 exprimentibus. Lanzii interpretatio Etrusca laborum et dierum Hesiodi ab Academia Florentina appellata *Crusca* proposita fuit Juventuti in exemplum castissimi sermonis Hetrusci: ex Mauro Boni in laudato *Saggio*. Voluminibus Lanzi, quae Supplemento primo recensui, Cl. Maurus Boni, et Honuphrius Boni adjungunt sequentia = *Guida della Galleria di Firenze* 1780 = *Trattato degli Alfabeti, e Lingue degli Itali antichi* 1789 = *Serie di pitture copiate da 13 Vasi antichi detti volgarmente Etruschi esposte con illustrazioni etc.* Venetiis 1801 in fol. = *Illustrazione di due Vasi fittili, et altri monumenti trovati nelle ruine di Pesto*. Romae in fol. = *Note critiche, ed illustrazioni più copiose ... di Esiodo* m ss. sua manu = *La Chioma di Berenice, di Catullo in tosche rime etc.* Venetiis 1812.

= *Due Epitalamii, e varii scelti carmi di Catullo in tosche rime etc.* ibid. omnino = *Meditazioni per l'ora Eucaristica etc.* ibid. 1809 = *Novena al glorioso Patriarca S. Giuseppe*. Florentiae 1809: sunt Novemdialia illa quae superius indicavi = *La divozione al Sacro Cuor di Gesù secondo lo spirito della Chiesa etc.* Bassani 1803: de quo opusculo memini verbo *Porzia* = *Lettera al Sig. Cav. Gio. de Lazzara*: extat in *Saggio di Studii del P. Luigi Lanzi etc.* auctore Cl. Mauro Boni = *De ara* extante in Musaeo Mediceo gemmarum *appellata Cleomenis, quae exprimit Alcestem, cui Numen inferuum capillos praecidit Dissertatio*, ab eodem dicta in Academia Cruscae, cujus fragmenta quae tantummodo supersunt una cum aliis aliarum dissertationum pollicetur vulgare eruditissimus Honuphrius Boni pag. 22. Elogii Lanzii = *Della divozione al Sacro Cuor di Gesù etc.* iterum Neapoli impensis, et curis Marchionis Taccone (censuum Regiorum) Ærarii Regis summi Administri = Hymni varii in Sanctorum honorem, quos inter non parum laudatur ab Honuphrio Boni ille in laudem D.Emygdii Episcopi Asculani. Idem Claris. Eques Honuphrius Boni bonarum artium peritissimus magnificum elogium texuit Aloysii Lanzi, quo cum singularem amicitiam conjunxerat, ediditque Florentiae 1814, in quo amicum invicte vindicat a reprehensionibus Advocati Ludovici Coltellini, et Francisci Mazzarella Farao; ibidemque pag. scilicet 290 affert inscriptionem sepulcralem ab eodem, in Lanzii memoriam compositam in qua recte dicitur Lanaium obisse pridie Kal. Aprilis (idest 31 Martii); quo corrigitur error typographi, exprimentis pag. 283 diem 30 Martii.

* Lassala Emmanueli Gnsta tribuit *Elegiam in obitu Cl. Viri Eustachii Zannotti* = *Agnese di Castro Tragedia*: ubi suspicor errorem esse. Vide *Colomès*.

Laugier Marcus Antonius Manoscae (Manosque) Dioecesis Sitarciensis (Sisteron) n. 25 Jul. 1713, Soc. ac. in Provin. Lugdunensi. Eloquentia maxime floruit, unde Parisios vocatus concionatorem in Professorum domo agebat anno 1751 exeunte, Galliae Rege haud semel auscultatore. Plurimum etiam valuit bonarum artium cognitione. Domicilii Parisiensis commodis pellectus, Societatem, urgentibus reditum in Lugdunensem Provinciam Praesidibus, reliquit. Academiae Andegavensis, Lugdunensis,ac Massiliensis Marcum Antonium sibi Socium adscripserunt. Obiit Parisiis an. 1769. Opera = *Essai sur l'Architecture*. Parisiis apud Duchesne 1753: in 12, tacito auctoris nomine = *Lettres aux Autheurs*: ex memoriis Trevoltiens. 1753, ubi declaratur Marcum Antonium auctorem esse Speciminis architecturae prius laudati = *Histoire de la Republique de Venise depuis sa fondation jusqu'au present*: tom XII. in 8. Parisiis apud Duchesne 1759 ad 1768. Versa fuit italice, et edita Venetiis 1778 = *Histoire des negociations pour la paix conclue a Belgrade*. Parisiis apud Viduam Duchesne 1768; tom. II. in 12 = *Oraison funebre du Prince de Dombes* = *Apologie de la Musique* = *Paraphrase du Miserere* = *Jugement d' un amateur sur les tableaux* = *Voyage a la mer du Sud* = *Maniere de bien juger des ouvrages de peinture par feu Mons. l'Abbe Laugier mise au jour, et augmentee de plusieurs notes interessants par Mr.* Vide *La France litteraire*, edit. Paris. 1769: *Le Necrologe des hombres celebres de France*; tomi III. edit. 1775; et *La Clef du Gavinet des Princes d'Europe* mense Majo 1773.

L'Enfant Carolus n. 9 Sep. 1726, Soc. ac. in Prov.Lugdunensi 7 Sep. 1741. Elegantissimis suis,vehementibusque concionibus praestantis Oratoris opinione sibi parta, haud semel illum auscultarunt Stanislaus Poloniae Rex, et Lotharingiae Dux,Imperatrix Maria Theresia Austriaca, et Ludovicus XVI., cui numquam, ut aliqui asserunt, fuit a confessionibus excipiendis. Anno 1765,

Concionator erat per Adventum in Seminario Regio Nanceiano S. Francisci Regis. Furente illa Reipublicae Gallicanae discessione, Parisiis fuit in vincula conjectus, sed Judicum sententiis, ut expers culpae fuit declaratus. Sed quantam in tanta rerum perturbatione vim ista absolutio habuit? A milite civico (*Garde national*) fuit trucidatus die 2 Sept. 1793. Fellerus noster in Ephemeride mense Sept. 1793 scribit id temporis Carolum in vivis esse, quem in Ephemeride ejusdem anni, sed mense Augusto, scripserat fuisse trucidatum. Doctissimus vero religiosissimusque Auctor tomi primi inscripti *Annales religieuses, politiques, et litteraires* (Parisiis apud le Clerc 1796) asserit occisum fuisse anno quo diximus: postquam simul cum Domino Chapt de Rastignac magno ardore plures alios, qui trucidandi erant, ad mortem honestissime subeundam pervehementer excitavit. Opera = *Sermons* = *Discours au lire au conseil sur le projet d'accorder l'etat civile aux Protestants*. Parisis 1787. Plures hunc sermonem de neganda Protestantibus Civitate Carolo attribuunt; sed Fellerus (*Journal*) Aug. 1793 illius Auctorem facit Abbatem Bonnaud. Carolus ni fallor idem homo est ac Alexander Lanfant, cui Gallia Litterata (La France Litteraire) edit. Paris. an. 1769 tribuit = *Oratio funebris Illm̃i Domini de Belsunce Massiliensis Episcopi*. 1756; et cum versione gallica = *Oraison funebre de Mons. le Dauphin*. 1766. In catalogo m ss. Provinciae Campaniae exeunte anno 1763 vocatur etiam Alexander: in Catalogo vero impresso ejusdem Provinciae ineunte anno 1765, non Alexander, sed Carolus nominatur. Tam in his duobus Catalogis, quam in Francia litterata scribitur *Lanfant* usurpata pronuntiatione, scriptione recta neglecta, si verum Caroli cognomen fuerit *L'enfant*. Satis iam est harum parvitatum.

Liesganig Josephus, Graecii n. 12 Feb. 1719, Soc. ac. in Prov. Austriae 28 Oct. 1734, v. 4 nunc. 15 Aug. 1752. Tradita Rhetorica, aliisque muneribus rite obitis, mathematicis disciplinis a Praesidibus addictus, eas magna sui nominis opinione tradidit. Anno 1773 in Collegio Academico Viennensi Speculae Astronomicae praeerat in annum 17um. Obiit Lambergiae in Polonia Austriaca anno suae vitae 81, uti asserit Lalandius, in opere *Connoissance des temps*: cui non assentior, si verum est eum fuisse natum 1719, ut Catalogi Austriaci asserunt. Opera = *Tabulae memoriales praecipua Arithmeticae tum numericae, tum litteralis, geometriae, etiam curvarum, et trigonometriae, atque utriusque architecturae elementa complexae*. Viennae Austriae per Joan. Thomam Trattner 1754 in 4 = *Dimensio graduum Meridiani Viennensis, et Hungarici*. 1770 in 4 = *Tabula geographica Ducatus Styriae*: extat in optimo opusculo inscripto: *I. K. Kindermanns geographischer abriss des Herzogthums Steyermark mit einer Karte etc.* (Compendium geographicum ducatus Stiriae pro adolescentibus) Graecii 1779 in 8. Ejusdem Cl. Liesganigii extat epistola Viennae scripta 22 Martii 1769, in Josephi Stempling *Litterarum commercio etc.* in qua ita scribit: *Mecum enim constitui, absoluto de graduum dimensione opusculo, quidquid a consuetis laboribus otii superesit, id omne opticae cumprimis Dollondianae consecrare*. Nescio an aliquid de optica ediderit, cui omnem suam industriam consecrare cogitabat. Celeberrimus Astronomus Delalande Venetiis Josephum novit, cujus ingenium, et ardorem in mathesi exornanda, et augenda demiratus fuit.

Ligny Franciscus de, ex Provincia Franciae, in cujus Residentia Deppensi an. 1751 exeunte concionator erat. Percrebescente ejusdem in perorando fama destinatus fuit concionibus apud Regiam aulam Gallicam habendis, quando exitialis illa scena Parisiensis se prodiit. Lutetia relicta Avenionem se retulit, in qua aliisque in urbibus, munus idem Concionatoris fructuose obivit: qui pe-

rorantem auscultabant, illum quoque videbant religiosis pietatis officiis ferventer insistentem; unde facile a vitiis ad virtutem traducebantur. Obiit Avenione an. 1788, suae vitae 78. Opera = *Histoire de la Vie de Jesus Christ*. Parisiis apud Societatem typographicam anno ni fallor, 1804: tom. II. in 4. Hanc Jesu Christi vitam mirifice exornant icones nobilissimae tabulas Raphaelis, Guidi Reni, Pauli Veronensis, Guercini, Rubens, Poussin, et Titiani luculenter exprimentes: Ex Auctore operis *Annales litterales et Morales. Tome troisieme*. Parisiis apud Adrianum Le Clerc 1805; ibique monetur Dominum Bonald variorum operum Scriptorem elegantissima praefatione vitam hanc nobilitasse.

Llorente Marianus, Valentiae Edetanorum n. 4 Januar. 1752, Soc. ac. in Prov. Aragoniae 5 Feb. 1766. Dum Bononiae degit lectioni, ac scriptioni intentus, morte fuit repentina ereptus 18 mens. Maii ann. 1816. Opera = *Saggio apologetico degli Storici, e Conquistatori Spagnuoli dell' America* (Specimen apologeticum Scriptorum, et Expugnatorum Hispanorum Americae). Parmae apud Aloysium Mussi 1804 in 8. Dicat Auctor opus Hieronymo De la Grua, e Talamanca ex Principibus de Carini, Legato Hispanico apud Parmensium Ducem. Opusculum eruditum, roboreque plenum ad confutandos Hispanorum obtrectatores = *Ricerche storico-apologetiche sulla prigionia, e morte del Principe D. Carlo, Figliuolo di Filippo secondo Re di Spagna*. Venetiis 1815 typis Santini. Brevi sed robusto sermone confutat obtrectatores illos, quibus gravissimo est in odio Philippi Secundi Catholicam religionem defendendi ardor, mentientes impudenter Carolum Principem a Patre Philippo fuisse interfectum = *Storia d'un Filosofo disingannato*. Venetiis per Andream Santini, et ejus Filium 1815 in 8. Epistolis 18 Philosophus ab incredulitatis erroribus evulsus Religionis Christianae veritatem dilucide, ac vehementer confirmat. Epistolas excipiunt egregia monita Genitoris ad filios.

Lombardi Hieronymus Veronae nobilibus genitoribus n. 16 Nov. 1707, Soc. ac. in Prov. Veneta 20 Oct. 1722, v. 4 nunc. 2 Feb. 1741. Nescio quo munere suscepto Romam venit, ubi carissimum se reddidit Benedicto XIV, cui operam etiam suam praestitit in doctissimi Pontificis voluminibus edendis. Roma Venetias rediit, sibique conjunctissimos fecit Patritios Venetos ob singularem industriam ab eo positam in expediendis difficillimis Patriarchatus Aquileiensis negotiis, tanta cum Senatus approbatione, ut ab eodem numismate aureo donaretur. Bibliothecae Venetae Professorum domus Praefectura fungebatur anno extinctionis 1773. Obiit Venetiis 9 Martii 1792. Opera = *Oratio in funere Serenissimi Aloysii Pisani Venetorum Ducis*. Venetiis per Joan. Bap. Albrizzi 1741 in 4 = *Georgii Stobaei de Palmaburgo ... Epistolae ad diversos cum argumentis, ac notis*. Venetiis 1749, quas dicavit Canonicis S. Augustini Lusitanis: iterum Viennae Austriae apud Augustinum Bernardi 1758 in 4 = *Notizie spettanti al Capitolo di Verona*. Romae 1752 in 8 per Jo. Generosum Salomoni; quod opus dicat Auctor Benedicto XIV. = *Vita della B. Angela Merici*. Venetiis 1781 = *Vita della B. Giovanna Bonomo*. Bassani 1783 = *De Canonizazione Sanctorum etc.* Ex 4 tomis Benedicti XIV Lombardius, Pontifice approbante, illustriores dissertationes selegit, et tribus tomis in 4 edidit Venetiis 1751 - 1752 cum addimentis: typis Joan. Bap. Albritii, quas elegantissima nuncupatione eidem Benedict. XIV consecravit. = *Synopsis* (italice) *vitae Ignatii Sagromoso*; quae ejusdem conciones praecedit. Edendas etiam curavit duas Lucae Zuzzeri e S. J. dissertationes; unam de numo Attali Philadelphi, de numo Aniciae Faustinae alteram. In opere *Pro restituta valetudine Benedicto XIV. P. O. M. Arcadum carmina* extat Lombar-

dii epigramma qui arcadice nominabatur *Rambildus Hippocrenius*.

Londres Theophilus Ignatius Ansquer de, Corosopiti (Quimper) n. 1 Oct. 1728, Soc. ac. in Provin. Franciae, in cujus Molinensi Collegio latinitatem docebat exeunte anno 1751. Opera = *Varietes philosophiques, et litteraires* 1762. Theophilo debemus editionem concionum Patris Le Chapelain: ex opere *La France Litteraire* edit. Paris. 1769, et ejus Supplemento. In catalogo Provinciae Franciae ad an. 1751 omittitur cognomen Ansquer.

Lorenz Franciscus ex Prov. Bohemiae, in cujus Pragensi Collegio ad S. Clementem an. 1772 Theologiae addiscendae operam dabat in annum tertium. Extincta Societate renuntiatus fuit ab Imperatore Consiliarius Status, ut vocant, et Colloquiorum, et insuper ornatus amplissima Abbatia infulis insigni in Dioecesi Colokzensi in Hungaria, insigniore vero redditibus annuis 12 millium florenorum. Lorentzii opera usus est multum Franciscus secundus Imperator in restituendis ad normam Mariae Theresiae Augustae Scholis, Collegiis, ac Seminariis. Opera = *Norma scholis instaurandis*; sermone sine dubio germanico. Hanc regulam non solum Imperator summopere probavit, et exequendam in suis ditionibus jussit, sed natio etiam Gallicana illam summis plausibus excepit. Videantur Ephemerides Florentinae num. 39 an. 1802, et num. 2 an. 1803 etc.

Loscant Franciscus Austriacus Viennae n. 11 Aug. 1732, Soc. ac. in Prov. Austriae 17 Oct. 1748, v. 4 nun. 2 Feb. 1766. Rhetorica, et Philosophia traditis, Moralem Philosophiam docebat in Collegio Graecensi anno 1770, qui fuit ejusdem obitus. Opera = *Institutiones philosophiae moralis*. Graecii 1769 typis haeredum Widmanstadii in 8.

Lovat Josephus Maria Genuae n. 7 Feb. 1734, Soc. ac. in Provin. Mediolanensi 14 Jul. 1750, v. 4 nun. 15 Aug. 1767. In Residentia Novariensi degebat ann. 1772, et Missionarii munere fungebatur. Extincta Societate in Patriam rediit, nihil remittens de suo pristino ardore homines quacumque ratione juvandi. Ibi obiit. Opera = *La perfezione religiosa considerata nel suo dovere, e nella sua felicità*. Genuae 1787. Est sermo, quem habuit, N.N. virgine religiosa vota solemni ritu nuncupante, cum Religionis Catholicae, tum ordinum Religiosorum defensione instructum = *Esame pacifico etc.* Fulginiae 1789 in 8, omisso Auctoris nomine. Nescio quis opus Lovati *La perfezione etc.* inurbane, ac mendaciter oppugnarat opusculo inscripto *Il fanatismo nel suo carattere sermone commonitorio*. Hoc ergo opusculum Lovatius acriter confutat. = *La Fede nella sua pratica, o sia la Fede che giustifica, e salva* part. sive tom. III. Genuae 1796 typis Frugoni. Institutiones sunt admodum utiles populo, ut et religionem colant, bonosque mores induant. Quae secuntur opera mihi cognita per litteras fecere cruditissimi Viri Joannes Osuna, et Josephus Silva e Soc. J. dum Genuae diversarentur navi in Hispaniam trajecturi = *Maria Modre di Misericordia*. Genuae 1786 in 8 typis Repetto = *Il SSmo Sacramento dell' Eucaristia considerato come Socrificio dell' Altare, e come cibo spirituale delle Anime* secunda edit. in 8. Genuae 1803 typis Frugoni. = *Esposizione, riflessioni, e colloquj sopra l' Orazione Domenicale* in 8. Genuae, apud Frugoni 1805 = *Il Sacrifizio Religioso considerato nella sua elezione, nella sua deliberazione, e nel suo adempimento*. Genuae in 8 1786 typis Repetto = *Novena in onore di Santa Teresa*.

Lucchini Franciscus Maria n. 9 Martii 1727, Soc. ac. in Provin. Romana 4 Nov. 1749, v. 4 nunc. 2 Feb. 1765. In Collegio Romano anno 1772 Ministri munere fungebatur. Romae obiit multo post Societatis extinctionem. Op. = *Atti sinceri de' primi Martiri della Chiesa Cattolica etc.* Est versio ex Gallico Patris Ruinart cum subjectis notis

interpretis: tomi IV. in 4: Romae ex typograp. S. Michaelis a Ripa. Tomus primus 1777: quem dicat Pio VI. P. M. Praeit praelonga, et eruditissima praefatio nostri Luchini de Ecclesiae persecutionibus. Tomus secundus ibid. 1778. Tomus tertius ibid. eod. anno. Tomus quartus ibid. 1779: = *Lettere scelte di S. Girolamo a S. Marcello*. Romae typo Pauli Giunchi 1779 in 8. Interpretationi adjunxit Lucchinius suas eruditas adnotationes.

* Luino Franciscus: In Astronomicis usus est magistro Aloysio La Grange. Opera = *Esercitazione matematica tenuta nel Collegio di Brera*. Mediolani 1769: tacito Auctoris nomine: ex Cl. astronomo Barnaba Oriani in *appendice all'Efemeridi dell'an.* 1815, quae simul edita fuit cum opere inscripto *Efemeridi astronomiche di Milano per l'ann.* 1815 *calcolate da Francesco Carlini con appendice*. Mediolani 1814. Cl. Orianius Luinum vocat *Geometram subtilissimum*. Clar. De la Lande (*Voyage en Italie*. Genevae 1790) asserit pag. 394 Luinum anno 1778 meditationes metaphysicas edidisse de unica in mundo substantia, quas cum Roma (et merito) reprobasset, dimisso munere in Ticinensi Academia docendi, Comum Luinius secessit.

Luskina Stephanus ex Prov. Massoviae n. 31 Dec. 1725, Soc. ac. 4 Sep. 1742, v. 4 nunc. 25 Jul. 1760. Praefectura Studiorum anno 1757 fungebatur in Collegio Nobilium Vilnensi. In Collegio Varsaviensi commorabatur an. 1771 negotiorum Provinciae Procurator, et praefectus Musaei Mathematici; ibi etiam Professor fuerat Matheseos, et Physicae experimentalis. A confessionibus etiam fuit Serenis. Stanislai I. Regis et Ducis Lotharinghiae; ideoque aliquando in Provinciam Campaniae fuit cooptatus. Opera = *De Solis ecclypsi an.* 1764 *exercitatio astronomica habita in Regio Collegio Varsoviensi*. Ex memoriis Trevoltianis 1765 men. Jul. Laudatur a nostro Fr. Xaverio Feller in tomo primo *Catechismo filosofico etc.* edito Venetiis per Jacob. Basseggio 1788, ut vir doctus, et Auctor nescio cujus Thesis de *ovario*, seu *ovarismo*.

M

Mac-Egan Florentius, Hibernus saltem origine: n. 4 Ap. 1719, Soc. ac. in Provin. Neapolitana 24 Octob. 1737, v. 4 nunc. 2 Feb. 1755. Cum reliquis Neapoli expulsus, Beneventum venit sacras expeditiones, quas Missiones vocant, obiturus; quo in munere Setiae quoque pro dignitate elaboravit. Domicilium denique Romae fixit; ubi obiit 7 Dec. 1781. Op. = *Enciclica del R. P. Priore Generale ... e motivi pressanti per mandarla a tutti i Conventi esposti in alcune lettere fedelmente tradotte dalla Francese nell'Italiana favella*. Ratisbonae (Fulginiae ni fallor) tacito Auctoris nomine. Confingitur has litteras, quae sunt omnino septem, ex gallico italice fuisse versas. Quamvis multus sit in defendenda Theologia D. Thomae; neque desideretur opportuna eruditio, ob styli tamen acerbitatem, neutiquam Auctor prudentibus viris probatur.

Maggioli Paulus Genuae n. 16 Jun. 1748, Soc. ac. in Prov. Mediol. 22 Jul. 1764, in cujus Mediolanensi Collegio linguam latinam profitebatur an. 1772. Extincta Societate muneribus primum Ecclesiasticis praeclare functus renuntiatus fuit deinde Episcopus Albigaunensis in Liguria an. 1800. Op. = *Litterae Pastorales*. His addit. Gusta *Opera poetica*, *et panegyricos*. Sed de suis poematiis nihil aliud novi quam epigramma italicum (Sonetto) perpulcrum profecto, in nuptiis Hippoliti Ivrea, et Mariae Antoniae Balbi, quod versu elegiaco latine reddidit Jacobus Picozzi S. J. et extat in *Anacreontiche*. Vide *Picozzi*.

Magnani Antonius, Bononiae n. 19 Nov. 1743, Soc. ac. in Provin. Veneta 24 Apr. 1759. Tradita Veronae Rhetorica, in Collegio Bononiensi S. Luciae ann. 1772 Theologiae addiscendae vacabat in annum 1um. Extincta Societate Anto-

nium Bononienses in Lectorem humaniorum litterarum publicum elegerunt, et Archigymnasii Bibliothecae Praefectum. Opera = *Orationes habitae in publico Archigymnasio Bononiensi*. Parmae typis Bodonianis 1794 in 4. Prima oratio laudes eleganter persequitur eruditissimi viri Francisci M. Zanotti: altera in solemni studiorum instauratione.

*Mai Angelus. Op. = *M. Cornelii Frontonis opera inedita cum epistolis item ineditis Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri, et Appiani, necnon aliorum Veterum Fragmentis invenit, et commentario praevio notisque illustravit Angelus Majus etc. Pars prior*. Mediolani typis Regiis 1815. *Pars altera cui adduntur seu edita, seu cognita ejusdem Frontonis opera*. Ibidem omnino in 4. Auctor sui semper memor eandem in his detegendis scientificis latentibus mysteriis laboriosissimam industriam, eandem in conjectando solertiam, et omnigenam in illustrando eruditionem mirifice ostendit. Una tantum me res commovet, judicium nempe quod in doctissimo commentario praevio in Senecam profert, dum Frontonem cum eodem confert. Timeo exoriatur aliquis e Llampillae, ac Serrani secta, qui doctissimum Tiraboschium acerrime oppugnarunt, ad Senecae defensionem paratus, ac promptus. Idque maxime, cum Angelus pag. 34 commentarii afferat modestissimam, ac vere religiosam Senecae confessionem dicentis dum de virtutibus disserit: *Haec pro me non loquor: ego enim in alto vitiorum sum. De virtute, non de me loquor*. Aurea, et Christiana verba, quae religiosi pro animi demissione plurimi Christiani Heroes protulerunt = *Q. Aurelii Symmachi V. C. octo Orationum ineditarum partes invenit, notisque declaravit Angelus Majus*: in 4: Ibidem omnino. Eandem quam in praecedenti opere tam in praefatione, quam in notis miraberis summam Angeli eruditionem = *I. M. Accii Plauti Fragmenta inedita. Item ad P. Terentii Commentationes, et picturae ineditae etc.* Mediolani regiis typis 1815 in 8 = *Isaei Oratio de haereditate Cleonymi nunc primum duplo auctior, inventore, et interprete Angelo Majo*: Mediolani typis regiis 1815 in 8 = *Themistii Philosophi Oratio in eos a quibus ob praefecturam a se susceptam fuerat vituperatus, inventore, et interprete Angelo Majo*. Mediolani typis Regiis 1816 in 8. Haec tria opuscula quae una compacta prodierunt prioribus laudatis Eruditione sunt, ac styli elegantia germanissima: dicantur ab Auctore Comiti Gisberto Borromaeo ex primariis Hispaniae Optimatibus, perpetuo Bibliothecae Ambrosianae Conservatori, ac Patrono. Eruditissimi Scriptores ephemeridis litterariae Mediolanensis inscriptae *Biblioteca Italiana, o sia Giornale di letteratura etc.* non una lande haec Maii opuscula exornant (mense Martio 1810) Gaspar Garatoni Vir eruditissimus, quem Romae novit Praefecturam Bibliothecae Barberinae summa cum dignitate obeuntem in *Curis secundis ad Ciceronis Orationem pro CN. Plancio* Bononiae 1815 ex typog. Franceschia, de Majo dicit *abdita in antiquis palimpsestis codicibus, aliisque impositis scriptionibus obruta, sagacitate, diligentia, studioque summo eum eruisse, atque in communem usum, lucemque protulisse*; et Maii *libellum egregium vocat*.

* Mayer Christianus = *Brevis Trigonometriae planae institutio elementaris etc.* Heildelbergae 1754: ex opere *Saggio critico della corrente letteratura straniera*, auctore Zaccaria, tom. primo.

Mayer, seu Mayr Thomas Aquinas Sulzii in Alsatia n. 8 Martii 1718, Soc. ac. in Provin. Germaniae Superior. 28 Septemb. 1735 v. 4 susc. 2. Februar. 1753. In Collegio Friburgo-Brisgoico an. 1773 praeerat studiis Superioribus, Doctor in Theologia renuntiatus, quam Praefecturam plures antea annos obierat. In Philosophia, ac Theologia magna sui nominis existimatione dictandis aetatem omnem fere contrivit. Si quis alius ex Theologorum Ordine fuit D. Thomae Aquinatis stu-

diosissimos. Opera = *Theologia dogmatico-Scholastica ... Prodromus complectens Prolegomena, et tractatum praevium de vera religione, et Ecclesia etc.* Friburgi Brisgojae an. D. 1771; impensis Antonii Wagner, typis Francis. Josephi Kerkenmayer: in 8 = *Tractatus praevii de vera Religione et Ecclesia pars altera etc.* Ibid. omnino, sed 1772 = *Tractatus praevii de Ecclesia Appendix ... Pars prima* ibid. sed 1771 = *Tractatus praevii de Ecclesia Appendix ... Pars altera*. Ibid. omnino. In his egregiis voluminibus elucet perspicuitas, eruditio et quaestionum utilitas, itaque multo commendanda sunt verae Theologiae studiosis. Maxime triumphat Auctor, Appellantesque jugulat in quaestione: *Utrum a Sum. Pontifice appellare liceat ad generale Concilium*.

Malsiner Joseph. Tyrolo-gardenensis ex Dioecesi Brixinensi n. 28 Jul. 1743, Soc. ac. in Provincia Germaniae Superioris 13 Sep. 1765, iam tum Doctoris Philosophiae insignibus decoratus. Anno 1772 in Collegio Ingolstadiensi Provin. Bavaricae Theologiam in tertium annum addiscebat, traditis antea Latinitate, ac Poetica. Extincta Societate Brixinam vocatus, in Sacrae eloquentiae Professorem publicum fuit electus. Opera = *Erste Grunde der naturlichen und geoffenbarten Religion fur aufrichtige und nachdenkende Liebhaber der Wahrheit*. Augustae per Nicolaum Doll 1788 in 8; (De primario religionis naturalis ac revelatae fundamento sinceris veritatis investigatoribus) Augustae Vindel. per Nicolaum Doss 1788. Approbator hujus operis est Joseph. Antonius Steiner vir eximius, Electoris Trevirensis Consiliarius Ecclesiasticus, major Poenitentiarius, Consistorii Assessor, Visitator generalis, ad insignem collegiatae S. Mauritii Canonicus, et librorum Censor.

Manciforte Dominicus, Germanus frater Cardinalis N. Manciforte ex nobilissima, primariaque familia, Anconae n. 25 Novemb. 1733, Soc. ac. in Provin. Romana 4 Nov. 1749 v. 4 nunc. 2 Feb. 1767. Disciplinas metaphysicas tradebat Maceratae anno 1772. Variis Extincta Societate Ecclesiasticis muneribus decoratus, anno 1787 a Pio VI. Sedi Faventinae datus est Antistes, ex qua deinde in altiorem Anconitanam ascendit. Vita fruebatur anno 1796. Opera = *Epistola Pastoralis ad Clerum et Populum Faventinae Dioecesis*. Romae ex officina Salomoniana 1787 in 4. Est plena roboris, et elegantiae adhortatio ad augendam Cleri, et populi pietatem = *Lettera Pastorale etc.* Faventiae 1789. In explicanda Pontificia Jejunii quadragesimalis dispensatione versatur = *Lettera Pastorale etc.* Faventiae 1790: de eodem argumento disserit. Vulgavit etiam Edictum sapientissimum de creatione, gubernatione, et litterarum studiis Seminarii Episcopalis Faventini. Vide Ephemeridas Romanas etc. (Giornale Ecclesiastico di Roma) tom. quarto, et quinto.

Manhart Fr. Xaverius ex Provincia Germaniae Superioris in cujus Oenipontano Collegio degebat 1773, et in quo Theologiae fuerat antea publicus Professor: Oeniponti n. 26 Oct. 1696, Soc. ac. in Provin. Germaniae Super. 3 Oct. 1712, v. 4 nun. 2. Feb. 1730. Poetica, Rhetorica, Philosophia, Mathesi, ac Theologia ad cujus Doctorum gradum evectus traditis Revisor fuit librorum, et Studiorum Praefectus. Obiit in Patria 4 Dec. 1773. Opera = *Dissertationes Theologicae de indole, ortu, ac progressu, et fontibus Sacrae doctrinae*. Viennae Austriae ex typog. Trattneriana anno, ut videtur 1750 in 4 = *Ingenua indoles scientiae mediae, probabilismi, ac gratiae efficacis*. Augustae Vindel. sumptu Matthaei Rieger 1759 in 8 = *Bibliotheca domestica bonarum artium, ac eruditionis etc.* ibid. 1762 in 8: tomis XII., ubi scientias omnes decurrit magna styli amoenitate, et summa eruditionis copia = *Idea magni Dei adversus Atheismum hujus aevi*. Augustae Vindelic. 1765 in 8.

Mantovani Paulus Antonius nobili stirpe Carpii n. 18 Feb. 1718, Soc. ac. 30 Apr. 1737, v. 4 nunc. 15 Aug. 1753. In Collegio Placentino Juniores Societatis Rhetoricam docebat et ibid. Scripturam Sacram interpretabatur an. 1760; quod idem deinde praestit Ferrariae an. 1773. Partes omnes perfecti Oratoris, magna cum laude explevit. Obiit Ferrariae, post extinctam Societatem, Opera = *Lezioni Sacre sopra la Divina Scrittura*: pluribus tomis: mihi vero ad manus tantum pervenit tomus quartus editus Ferrariae per Josephum Rinaldi 1777 in 4. Nobilis Typographus Remondinius in suo Catalogo librorum an. 1810 scribit sex esse tomos harum Lectionem Ferrariae editos an. 1776.

Manzi Joannes Bap. n. 23 Maii 1737, Soc. ac. in Provincia Mediolanensi 24 October 1755. In Professorum Domo degebat ann. 1772, in cujus anni Catalogo dicitur *Concionator per Quadragesimam*. Ex Catalogo vero Provinciae Venetae exeunte anno 1772 degebat Manzius in Collegio Mutinensi, et ibi dicitur *Concionator per annum, et alibi per Quadragesimam*. Cum non sit una eademque Catalogos disponendi ratio: qui enim statum Provinciae ineuntis, qui alii exeuntis anni describunt, quo erroribus, vel saltem difficultatibus nascendis locus aperitur, existimo Catalogum Mediolanensem anni ineuntis esse; unde Manzius absolutis Mediolani concionibus quadragesimalibus, Mutinam advenit reliquas ejusdem anni, et insequentis habiturus. Opera = *Orazione Sacro-politica recitata nella Sala del Senato della Serenissima Repubblica di Lucca etc.* Lucae 1791 in 8; de qua egregiam analysim conficiunt Auctores operis *Giornale Ecclesiastico di Roma, tomo sesto*: (editio secunda magis emendata. Lucae 1798 apud Dominicum Marescandoli in 4) = *Panegyricus de Divo Petronio*, italice, habitus Bononiae, et ibi editus 1795, typis Sassi = *Panegyricus de D. Catharina Bononiensi*, ibid. omnino = *Panegyricus de SS. Jesu Corde*; ibid. omnino = *Prediche, e Panegirici*: tom. II. Venetiis 1803 in 4: ex catalogo librorum Francisci Andreola an. 1807. Scribit Gusta Manzium Genuae obiisse an. 1801; ortumque habuisse in oppido *Muso Lago di Como* (haec sunt Gustae verba). Ad lacum Larium (Lago di Como) videntur vestigia Castri dicti *Musso*, prope quod fluit torrens nominatus Carlazzo, alias nobilissimum, uti nos docet eruditissimus Carolus Amoretti Bibliothecarius Mediolani Ambrosianus in accuratissimo opere *Viaggio da Milano ai tre laghi Maggiore, di Lugano, e di Como etc.* Mediolani 1801 apud Josephum Galeazzi pag. 160.

Marinovich Josephus natione Pirusta (ita se ipse vocat) seu Illyricus natus 9 Jun. 1741, Soc. ac. in Prov. Rom. 12 Jun. 1761: in cujus Firmano Collegio Rhetoricam profitebatur anno 1772. Extincta Societate Venetias se contulit; ubi praeclarissimus Patriarca Venetus Fridericus Maria Giovanelli novam Cathedram docendae Theologiae dogmaticae a se erectam Josepho Nomine Professoris publici moderandam commisit. E Venetiis Romam advenit jussu immortalis Pii VII. P. M. munere Theologi Poenitentiariae decoratus. Eximia pietate obiit in domo Professorum S. J. Romana an. 1802 die 13 Septemb. SS., et dulcissimo Mariae nomini sacra, cujus fuerat Marinovichius magnopere studiosus. Opera = *Elegia in obitu Cl. viri Triphonis Wrachien etc.* Extat in *Progressi ... Giornale letterario ... alli confini d'Italia*. 1784 = *Elogio funebre etc.* Venetiis 1790 typis Justini Pasquali in 8. Laudatio est funebris amplissimi viri Friderici Mariae Giovanelli Venetorum Patriarchae, quam Marinovichius dixit ad splendidissimum Purpuratorum Patrum coetum, qui Venetias pro Summo Pontifice eligendo congregati solemnibus funeris exequiis Giovanellium cohonestandum decreverant. Sub laudationem extat egregia Marinovichii Elegia Catulliana de morte Friderici. Praecessit alia hujus laudationis editio, quam auctor corrigendam, et

augendam ex hac secunda desiderat = *De duplici regula Fidei remota, et proxima, deque Deo uno, ac Trino positiones Theologico-Criticae*, Venetiis 1792 in 4; quas laudant Auctores operis *Giornale Ecclesiastico di Roma*: tomo VII. = *Esame teologico del voto pubblicato da tre teologi dell'Università di Siena*. Venetiis per Antonium Zatta, et filios 1786 in 8: tacito Auctoris nomine. Defenditur hoc docto opusculo dissertatio Polemico critica Marchionis Joannis de Serpos de Orthodoxia Ecclesiae Armenae, quam insectati fuerant tres Senenses Theologi, seu ut vere dicam, unus Paulus Marcellus del Mare minime pertinax Jansenistarum hostis. Hoc Examen Theologicum, cum per omnium manus m ss. tantum modo circumferretur, adeo probatum fuit Joanni Dominico Stratico Episcopo Liesinae et amplissimo Ordinis PP. Praedicator. ornamento, ut illud edendum curaverit, tum primum Senis, tum enm additamentis Venetiis, una cum approbatione Universitatis Viennensis = *Risposta al Sig. Ab. Paolo Marcello del Mare sopra un opuscolo da lui dato alle stampe col seguente titolo*: Principii teologici per servire di preservativo contro gli errori contenuti nell'esame teologico del voto. Venetiis 1786 per Antonium Zatta, et filios in 8: tacito Auctoris nomine, quem Eruditi dicunt Marinovichium, sicuti etiam dissertationis Polemico-Criticae supra laudatae, quae nomine Marchionis de Serpos insignitur = *Elegia in obitu Pii VI.* extat in opere inscripto *Pio VI. Pont. Max. Parentalia*. Venetiis 1799 typographo Antonio Curtio. Elegiam dixeris ex melleo Catulli ore fluxisse. In imitando Catullo perpaucos habuit Marinovichius competitores. Summopere doleo, homini per nimiam modestiam neutiquam licuisse plura alia Catulliana carmina in vulgus efferre, quae mihi legenda benignissime indulsit.

Marion Petrus Xaverius Massiliae n. 25 Nov. 1704, Soc. ac. in Provincia Lugdunensi 19 Julii 1722. Felicissima vena praeditus carminibus pangendis fere totum se dedit, adeo ut a Sodalibus antonomastice *Poeta* appellaretur: obiit in Patria mense Aug. 1781. Opera = *Ode sur le Mariage de Mons. le Dauphin* 1745. Videatur opus *les Spectacles de Paris* 1758: Et *La France Litteraire* = *Absalom*, tragoedia quae publice acta fuit Lugduni, et Massiliae an. 1736 et typis vulgata fuit Massiliae apud Brebion = *Cromwel*; tragedia, quae ob argumenti invidiosam difficultatem typis orbata fuit = *Asdrubal* tragoedia. Ex tomo tertio operis *Dictionnaire de la Provence*. Massiliae 1786.

Marotti Josephus, domo Casis, quae nunc sunt Allidonia prope Urbitellum in Hetruria natus 17 Ap. 1741, Soc. ac. in Prov. Romana 15 Jun. 1758. Extincta Societate Eloquentiam, et linguam Graecam in Collegio Romano profitebatur, donec Roma a Republica Gallica perfide fuit occupata, et Pius VI. Pont. M. per summum nefas ab eadem fuit in exilium deportatus. Idem Pontifex optimus Marottium invitavit, ut sibi se comitem daret in exilium Gallicum, quod Marottius illico praestitit ut summo Ecclesiae Principi hanc reverentiam, et obsequium alioquin acerbum exhiberet. Pontifici exuli itaque a litteris latinis ad Principes inserviit. Eodem quoque munere decoravit immortalis memoriae Pius VII., eumque praeterea amplo Sacerdotio in Liberiana Basilica auxit; quibus honoribus, et emolumentis brevi annorum lapsu mors illum orbavit IV. Kalend. Februar. anno 1804. Opera = *Scipionis Gonzagae Cardinalis Commentariorum rerum suarum libri tres*. Romae apud Salomonium 1791 in 4. Tribus primis libris ab Scipione conscriptis, sed nunquam editis, accedit liber quartus auctore Marottio, cujus sunt etiam annotationes, quae extant in operis fine. Cl. et amplissimus Vir Cardinalis Aloysius Valenti Gonzaga, cujus impensa confecta fuit editio, dicat opus fratri suo Cajetano, et multis Marottium laudibus exornat = *Prometeo ligato*. Tra-

gedia d'Eschilo dal greco originale recata in Toscana poesia. Romae apud Salomoni 1795 in 8 = *Trasporti di S. Amore etc.* ibid. per Archangelum Casaletti 1797 in 12. Est carmen italicum in tabulam depictam ab Angelo Campanella, quae Divinum Salvatorem Jesu ex corde vehementes flammas evomentem feliciter exprimebat = *De ostentis Divinae potentiae in Ecclesia his temporibus tuenda, ejusque gloria amplificanda Oratio ad Quirites etc.* Romae e prelis Salomoniorum 1904; quam dicat Clero Gallicano. Perquam eleganter describit discessionem Gallicam, vehementerque in eam intonat; Clerum Gallicanum magnificis laudibus ornat, et benefica Dei consilia in Ecclesia tuenda palam facit. Gallice fuit reddita ab Abbate D'Auribeau Archidiacono, et Vicario generali Diniensi hoc titulo = *Discours aux Romains sur les prodiges par les quels le Seigneur a manifestè sa tout-puissance pour la defense, et la gloire de son Eglise, dans ces derniers temps*. Romae typis Joan. Zempel 1794 in 4 = *I Sette all'assalto di Tebe Tragedia di Eschilo recata dal greco originale in Toscana poesia e con note illustrata*. Romae typis Aloysii Perego Salvioni. 1795 in 4 = *Vita Raphaelis Fabretti*: extat in tomo 6 vitarum Italorum, editore Cl. Angelo Fabbroni = *Vita Malphigii* teste Joanne Bap. Roberti, qui Marottium eleganti hendecasyllabo exornat. Cl. Angelus Fabbroni Marottio dicavit vitasCaroli Mariae Maggi, et Francisci Lemenii, quae extant in tomo 17 Vitarum Italorum. Eruditissimus quoque Franciscus Guadagni Poeta elegans in elegia in obitum Jacobi Patris Jurisconsulti, ac Josephi Marotti edita Romae 1805 perquam amice deflet Marotti mortem, de quo canit: *O male consultum Tuscis, Graisque, Latinisque = Hoc rapto, unde illis gloria, Pierisin! = O Petri valido spoliatam remige puppim! = Remque sacram, excusso sidere flammifero, = Nunc nebula informi, septam, et squallentibus umbris!* cum aliis insignibus Marotti laudibus. Scriptis Marotti a me laudatis addit Gusta *Narrationem itineris Pii VI. in Galliam*, latino, et Etrusco sermone M. S.

* Marquez Petrus Josephus. = *Delle case di Città degli antichi Romani secondo la Dottrina di Vitruvio*. Romae apud Salomoni 1795 in 8: dicat opus Regiae Academiae bonarum Artium Matritensi a S. Ferdinando appellatae. Quo sibi Anctor opere magnam opinionem comparavit. Idem benigne mihi indulsit legendum hujus operis exemplum notis criticis, et additamentis manuscriptis adornatum.

Marsili Alphonsus Senis ni fallor n. 30 Sep. alibi legi 11 Octobris; (sed repugnant Catalogi Romani) an. 1740, Soc. ac. in Provincia Romana 31 Oct. 1757, in cujus Collegio Romano an. 1772 Auditor erat Theologiae in annum tertium Ad Archiepiscopatum Senensem evectus est a Pio VI. die 3 Dec. 1792. Tres tantum annos subeunte morte Senensem rexit Eclesiam. Opera = *Litterae Pastorales*.

Marti Bruno Barcinone n. 17 Novem. 1727, Soc. ac. 18 Maii 1747, v. 4 n. 2 Feb. 1762. Theologiam in quartum annum docebat Caesaraugustae an. 1766, quin plurimam operam non daret concionibus sacris ad populum habendis, et aliis Societatis ministeriis fervide in proximorum salutem adimplendis: vir in Theologia naturali, ac revelata exercitatissimus, acerrimus Religionis propugnator. Nemo melius, quam ipse suam pro religione Catholica defendenda contentionem describit his aureis profecto verbis: *Cum verae Religionis Catholicae devotissimum me Professorem glorier quam prae vita cariorem omnibus meis viribus deosculor, et quam accuratiori studio, ac diligentia meditatus sum, quam poeticam, Historiam, physicam, ac Mathematicam* (erat in his disciplinis probe exercitatus) *persuasus omnino Religionis studium prae caeteris prius esse omni Christiano*. Hoc Religionis amore inflammatus contra Auctorem anonymum operis *Dell' indifferenza nel secolo* 18 scripsit

Bruno = *Lettere di un Francese all' Autore Italiano dell' indiferenza etc.* Venetiis apud haeredes Nicolai Pezzana 1772 in 8. Continet 19 litteras quibus Auctorem indiferentiae convincit erroris, falsitatis, malitiae, et materialismum ejusdem et Atheismum demonstrat. Eundem Anonymum, qui scripserat etiam tres litteras hoc titulo *Tre quesiti Accademici trattati in tre separate lettere da un Filosofo Critico* acriter Bruno perstrinxit opere inscripto *Lettere di un Francese all' Autore Italiano dell' indiferenza nel secolo 18, su i tre quesiti Accademici etc.* Pars prima tomi primi Venetiis apud Antonium Zatta 1776, et continet decem litteras; ejusdem tomi pars secunda ibid. omnino et continet 7 litteras. Me latet an editus fuerit tomus secundus. *Auctor Europae litterariae* ad mensem Aprilem 1772 tomo quarto, parte secunda pag. 87 nostrum carpit Brunonem, et magnifice laudat Auctorem indifferentiae, cujus nomen veluti aureum detegit. Ejusdem furfuris homunciones isti duo = *Jonathas, Tragedia*, sermone hispanico. Ferrariae 1775 per Josephum Rinaldi tacito Auctoris nomine, quod prodere pertinebat ad Josephum Franciscum Claveram qui hanc tragoediam edendam curavit. Ex prologo ipsius Claverae novimus Brunonem alias, etiam tragoedias scripsisse; et reapse Josephus Fontius a Valle Brunoni tribuit Tragoediam *Trebellio*, et collectionem poematum de miraculis N.N. Parum sibi consulens edidit etiam clanculum nescio quos commentarios Decreti Clementini *Dominus, ac Redemptor noster*; qui incredibiles molestias ipsi attulerunt, quibus oppressus amarissimum vitae cursum confecit Faventiae 25 Jun. 1778. Ediderat in Hispania Panegyricum de Deipara a Columna (*Sermon de N.S. del Pilar*) Caesaraugustae typ. Francisci Moreno 1764 = *Laudationem funebrem Ignatii de Añoa Archiepisc. Caesaraugustani*: sermone hispanico: ex Josepho Fontio a Valle. Brunoni Gusta tribuit duo Epistolarum volumina contra obtrectatores Ecclesiae omissis typographo, loco, et anno. Fortasse remanent m ss. tantum.

Masdeu Balthasar nobili genitore Barcinonensi pro Carolo III. Hispaniarum postea Rege in Italia militante, Panormi natus die 7 Maio 1741: cum Genitore in Hispaniam redux Soc. accessit in Provincia Aragoniae die 8 mense Maio 1755: post traditam Rhetoricam, et Poeticam in Barcinonensi Regio Caesareo Nobilium Seminario ad Provinc. Quitensem navigavit. In otio Italico post relegationem Hispanicam, Placentiae qua in urbe vota 4 emisit an. 1773, publicus fuit Logicae, Metaphysicae, ethicaeque professor magno omnium plausu. Opera = *Ethicae, seu moralis philosophiae, tum particularis tum generalis epitome.* Tomi duo seu partes duae. Placentiae typis Josephi Tedeschi 1805 in 12. Opus merito commendatum ab styli elegantia, et claritate, egregia methodo, rationumque pondere. In monito nos docet acutissimus, et religiosissimus Auctor, se iam omnino absolutos habere tractatus de Logica, Ontologia, Theologia naturali, Cosmologia, et Psychologia: qui utinam ad juventutis profectum in lucem edantur. = *In morte del Sig. D. Domenico Muriel ... Orazione.* Luci (Lugo) 1796 typis Joannis Melandri in 8. Vitam omnem, et virtutum exempla nostri Dominici complectitur. Mense Octobri 1812 e Roma in Hispaniam proficiscitur Societatem J. in eadem instauraturus. Gusta Masdevio tribuit *Relazione di una grazia miracolosa di S. Luigi Gonzaga.*

Masdeu Joannes Franciscus Balthasaris germanus frater, nobilibus genitoribus Hispanis, qui Carolum Borbonium Neapolitano regno potiturum comitati sunt, Panormi, quam sibi Patriam fortuitam ipse putat, natus est 14 Octob. 1744. Puerulus cum iisdem in Hispaniam reversus, recusato illustri et opulento munere Curatoris rei militaris (Hispani *Comisario de guerra* vocant) a Carolo III. eidem ob Genitoris merita oblato, Societati Jesu se addixit in Provincia Ara-

goniae 19 Dec. 1759. Cum Sodalibus Aragonensibus ex Hispania pulsus Ferrariae constitit, ubi magnum sibi nomen ab ingenio, eruditione, et vi poetica in carminibus etiam Hetruscis pangendis jure comparavit. Jam suis scriptis praesertim de Hispaniae historiis multo Aulae Hispanicae notus, ab eadem anno 1799 destinatus fuit, ut Legiouensia Tabularia perlustraret, ad historiam Hispanam perficiendam. Abiit ergo eodem anno ex Asculo ubi sedem fixerat, nobilitatis juribus ab illius nobilissimae Civitatis Senatu donatus, Regis Catholici jussis obtemperaturus. Dum egregie imposito sibi munere fungitur, saeva tempestate coorta neutiquam communi naufragio fuit expers. Relicta ob exilium Hispania Romam advenit, ubi moratur hoc anno 1814 illustrandae Patriae suis eruditissimis scriptis unice intentus: et adscriptus fuit Arcadiae Romanae Pastoribus sumpto nomine *Sibaris Thessalicensis*. En ingenii, et industriae Masdevii multiplices, ac praeclaros fructus: Opera = *La Schaccheida, ossia il giuoco degli Scacchi, Poema latino di Girolamo Vida Cremonese, volgarizzato in ottava Rima*. Venetiis per Antonium Zatta 1774 in 8. Est italica versio *Ludi latrunculorum* Vidae, quam Stephanus Marcheselli, de quo suo loco, ostendit plenam esse proprietate, et sapore sermonis Hetrusci, contra quosdam nescio quos obtrectatores = *Imene auguratore nelle faustissime Nozze degli Eccel. Sig. Baldasarre Odescalchi ... e Principessa Caterina Giostiniani Maoni. Canti* 3 (Carmen nuptiale etc.) Bononiae ex typographeo S. Thomae de Aquino 1777 in 4: tacito auctoris nomine = *Ristretto de la vita della Beata Caterina Tomàs* (Synopsis vitae B. Catharinae) Romae typis Salomonis 1792 in 4: et dicatur Cardinali Franc. Xaverio Zelada = *Al martyre S. Emidio ... ottave allegoriche* (Divo Emygdio m. carmina octonia allegorica). Asculi per Cardi 1797 in 4 = *Il trionfo di S. Emidio* (D. Emydii triumphus) Asculi typ. Valenti 1795 in fol. Est poema dramaticum, quod Canonici Asculani dicant Cardinali Joanni Andreae Archetti = *Memorial que presentò Madama Sadumè en nombre de todas las Mugeres del mundo al Sabio Director de Paris*. Hoc libello supplici hispano irridetur lepidissime libertas, et aequalitas Reipublicae Gallicanae. Valentiae Edetanorum ex officina Burguete 1800 in 12 = *Catechismo politico-morale scritto in versi Francesi dal Cittadino Chaubeaussiere di Parigi* Asculi 1798 per Cardi in 8. Est interpretatio opusculi Gallici = *Arte poetica facil etc.* Valentiae ex officina Burguete 1801 in 4; quam dicat Auctor Mariae Aloisiae Borboniae Hispaniarum Reginae. Opus est eruditione, ordine, regulisque ad optima condenda carmina praeclarum = *Lettera poetica Spagnuola ... a Sua Eccel. il Sig. D. Eugenio Llaguno, ed Amirola etc.* Asculi 1794 typis Francisci Cardi; Est interpretatio ex hispanica Joannis Melendez Valdes eximii Parnassi Hispani Cultoris, qua Eugenium laudat = *Lettera di G. F. Masdeu a Mons. G. Vescovo di C. in difesa del Concilio Tridentino intorno all'età sufficiente per la professione Religiosa*. Romae 1805; licet nec locus, nec annus exprimantur. Refutatur Illmus Gamboni Capreae Episcopus, Venetorum deinceps Patriarcha volens professionem Religiosam invalidam esse ante annum 21 absolutum = *Sagradas estaciones compuestas en prosa y verso ... a imitacion del celebre Metastasio*. (Pie, et eleganter agit De Dñi N. J. C. cruciatibus). Valentiae ex officina Burguete 1801 in 12; dicatur opus Illmo D. Joachimo Company Ordinis Minorum S. Francisci Praeposito Generali, et Archiepiscopo Valentino. = *Origen Español del Summo Pontifice Pio VII. etc.* Matriti typis Sancha 1805 in 12. Est interpretatio ex opusculo Hetrusco ab eodem Masdevio conscripto, quo monumentis historicis confirmat originem familiae *Chiaramonti* ex Hispania profluere = *A Sua Eccell. il Sig. Don Gasparo Melchiore Jovella-*

uos tra i Poeti Spagnuoli , Giovine ... Lettera Poetica etc. Asculi 1798 typ. Cardi. Est interpretatio ex hispanica laudati Meleudez = *Per la morte immatura di Donno Mariana de Silva Bazàn , e Waldstein etc.* Romae typ. Aloisii Perego 1806 in 8. Est interpretatio Epicedii Hispanici compositi ab eleganti, atque eruditio Viro Comite de Haro, Academieo Matritensi, et Arcade Romano in obitu Mariannae ejusdem Uxoris, Masdevio commissa a Prineipe Foemina Marchionissa S. Crucis, Mariannae Genitrice, in cujus memoriam Pia genitrix sarcophagum marmoreum scalpendum ab Equite Canova recenti Praxiteli Romano curavit = *Discurso preliminar a la Historia Critica de España.* Matriti per Antonium de Sancha 1783 in 4. Editus iam fuerat italice 1781 Fulginiae per Pompejum Campana = *Historia Critica de España, y de la culturo Española*: Tomi XX. Matriti per Antonium Saneha 1784 ad 1805. Ex quibus XX. tomis primus etiam editus fuit italice eodem Masdevio Auctore. In postremis quinque tomis confirmat Masdevius quae in prioribus scripserat, seque vindicat ab aliquot Censorum reprehensionibus. Tres alios tomos ejusdem Historiae m ss. perfecte absolutos habet = *Respuesta del Autor de la Historia Critica de España etc. a su Erudito Censor el M. R. P. Traggia de las Escuelas Pias.* Matriti typis Saneha 1793. Respondet Erudito Traggiae Masdevium in nonnullis reprehendenti = *Coleccion de lapidas y medallas, que sirven para illustrar la España Romana.* Matriti apud Sancha 1789: tomus duob. in 4; qui etiam italice editi fuerunt Florentiae per Antonium Josephum Pagani 1788, et 1789: tomis IV. in 4 = *Poesie di 22 Autori Spagnuoli del cinquecento tradotte in lingua Italiana.* Romae per Aloysium Perego Salvioni 1786: tomis duob. in 12 = *Difesa dell'ingegno delle Donne* (Faeminarum ingenii defensio) Romae per A. Perego Salvioni 1789 in 8: Est interpretatio ex hispanica eruditissimae Foeminae Josephae Amar, et Borbon. Addit Masdevius indicem Foeminarum, quae in Hispania hodierna die eruditione praestant = *Arte poetica Italiana di facile intelligenza, Dialoghi Familiari etc.* Parmae ex typographia Nationali 1803 in 8 = *Vita Santa del novello Beato Giuseppe Oriol etc.* Romae 1806 typis Aloysii Perego Salvioni in 4; quam eodem anno et iisdem typ. compendiarium edidit ita: *Compendio della Santa Vita del B. Giuseppe Oriol etc.* = *Vida del B. Josef Oriol etc.* Barcinone typis Societatis lordi, Roca, et Gaspar an. 1807: quae dicatur Illmo Petro Diaz de Valdes Episeopo Barcinonensi ; et est versio ex Italica. = *Oracion exortatoria que en la abertura del Tribunal dixoel dia dos de Enero de 1801 el Morques de la Torre de Carrus etc.* Valentiae typ. Benedicti Monfort 1801 in 4 = *Requeno il vero inventore delle più utili scoperte della nostra età, Ragionamento.* Romae typ. Aloysii Perego Salvioni 1806 in 8. Academica est oratio, quam Masdevius anno 1804 pronuntiaverat de nostro Vineentio Requeno, de quo in loco, Auctore praeclarissimorum inventorum hac nostra aetate. Merito a Masdevio reprehenduntur Puella Gronlard qui Academicos Londinenses decepit, renovationem picturae encausticae sibi tribuens; et Claudius Chappe, qui sibi tribuit, aut saltem tribui permisit, inventionem telegraphi, quae tota fuit Requeni = *Riflessioni pacifiche ... dirette a conciliore le contrarie opinioni ... intorno all'arena del Colosseo.* Romae typis de Romanis 1813 in 8: Cl. Carolum Advocatum Fea asserentem Amphitheatri arenam multo esse profundiorem, quam credebatur, et Laurentium Re contrarium sentientem conciliare nititur = *Lettere sette al Ch. Sig. Ab. D. Carlo Fea, sulle antiche iscrizioni Romane ne' recenti scavi rinvenute.* Romae 1813: typ. Aloysii Perego Salvioni. In his 7 epistolis confutare nititur interpretationes inscriptionum Caroli Fea. Paulo interjecto intervallo adjunxit Masdevius eisdem typis epistolam 8; 9; 10,

11. 12, et 13 de eodem argumento = *Il Colosseo di Roma ridotto da Carlo Lucangeli dalla circonferenza di palmi 2449 a quella di palmi 40 e* $\frac{49}{60}$, *misura lineale dall' uno al sessanta*. Roma 1813 typis Salvioni. = *Costituzione politica della Monarchìa Spagnuola preceduta da tre lettere preliminari colle quali gli estensori di essa la diressero alle Corti etc.* Romae 1814 typis Aloysii Perego Salvioni in 8. Est interpretatio Hispanicarum legum, quas Comitia generalia Nationis Hispanae condiderunt anno 1812 = *Storia della gloriosa Difesa fatta dagli Spagnuoli contro le armate di Napoleone tradotta dallo Spagnuolo in Italiano* 1814 = *Discorso della Reale Accademia Matritense della Storia, al desiderato Re D. Ferdinando VII. etc.* Matriti per Sancha 1815 in 4. Masdevius hunc elegantem discursum editum ab eruditissimo Viro Emanuelle Abella, italice convertit latens sub siglis G. F. M. (id est italice Gian Francesco Masdeu). In opere Hispanico inscripto *El Caton Compostelano* extant duo Masdevii sermones; scilicet 21, et 22: In opere etiam periodico inscripto *Giornale Ecclesiastico di Roma*, in tomo VIII. Supplementi extat nostri Epistola ad Auctores dicti operis cum Apologia critica Actorum S. Martyris Emigdii, quae iidem resperant. Masdevii quoque sunt aliquot carmina in opere *Academia poetica in sette lingue per la morte di Maria Pizzelli etc.* Romae per Puccinelli 1808 = *Antica iscrizione Romana scoperta dal Sig. Andrea Belli publicata, e spiegata da G. F. Masdeu*. Romae typis de Romanis 1815 in 4. Masdevio Gusta tribuit *Il ritratto dei tre voti religiosi* = *Trattenimento divoto ad onore del Sacro Cuore di Gesù*. Nunc recensenda mihi sunt opera multa, que penas se Auctor habet nondum edita, quaeque mihi legenda benigne permisit = *Coleccion antiquaria de la España Romana dividida en 12 clases. Clase primera, Memorias geograficas: Clase segunda. Divinidades: Clases tercera. Emperadores: Clase quarta. Ministros Imperiales: Clase quinta. Ministros Municipales; Clase sexta. Ministros Sagrados: Clase septima. Milicias, y Militares: Clase octava. Familias: Clase nona. Espectaculos: Clase decima. Arquitectura: Clase undecima. Escultura: Clase duodecima. Obras mecanicas.* Duaedecimae istae classes plurima volumina complectuntur, in quibus quidquid de antiquitatibus Hispano-Romanis in omni genere investigatione dignum est, omne quidem continetur. Opus profecto immensi laboris, et eruditionis, innumeris inscriptionibus, monumentisque instructum = *La Cagnola ricuperata, Poema satirico giocoso*. Continet cantus, sive libros decem, quibus pulcrae suae catellae post incredibiles, sed veros per diversas Europae Provincias errores, reditum recuperationemque celebrat = *Gramatica Spagnuola per gl' Italiani*: uno tomo = *Opuscoli composti successivamente a tempo della general rivoluzione mossa da' Francesi in Europa*: tom. primo. *Opuscoli in Prosa*: tomo secondo. *Opuscoli in versi*. Memorabilia describit quae a discessione Gallica contigerunt = *Educazione letteraria de' Fanciulli distribuita in dieci Istruzioni, Ortografia, Gramatica, Retorica, Poetica, Aritmetica, Geometria, Geografia, Logica, Fisica, Morale*. Tomo uno (De litteraria Puerorum educatione) = *Relazione compendiosa delle perdite de' Francesi in Ispagna dal principio del* 1808 *fino a tutto Maggio del* 1811. *Opera d'un anonymo Inglese stampata in Londra in Francese, et tradotta in Roma all' Italiano*. Tomo uno. Jacturas narrat Gallorum, quas passi sunt in Hispania = *Theologia catolica, italice* = *Disquisitio Theologica de morte aeterna parvulorum in maternis uteris sine baptismo decedentium adversus Ignatium Ludovicum Bianchi* = *Opuscoli tre intorno alle contese letterarie insorte in Italia fra Italiani, e Spagnuoli* = *Prediche morali, e panegiriche* = *Traduzione Italiana* del ragionamento Academico, e delle lettere cri-

tiche scritte in Francese dal Sig. Ab. D. Carlo Denina, Istoriografo del Re di Prusia in difesa della Spagna = *Traduzione Italiana dell' erudita dissertazione del Sig. D. Francesco Perez Bayer sull' alfabeto, e lingnaggio de Fenici, e delle lor Colonie* = *Progetto d'un giornale Europeo d'una Società di letterati Spagnuoli residenti in Italia* = *Leggi per una Accademia destinata a scrivere la storia de' progressi della mente umana in ogni genere di arti, e di scienze* = *Serie diplomatica rerum, ac legum ad comitia Hispanica pertinentium*.

Masdeu Josephus duorum priorum Germanus frater nobili genitore Barcinonensi cum copiis hispanicis Panormi degente natus mense Jun. 1739, in Hispaniam cum Genitore redux, Soc. in Prov. Aragoniae ac. mens. Octob. 1753, ex qua impetrata a Superioribus facultate in Quitensem Provinciam transmisit. In Italiam generali exilio advectus Camerini Seminarii Episcopalis adolescentes alumnos Theologiam docuit, quam postea a Parmensium duce vocatus docuit etiam in Academia Placentina; neque eo in studio usque immorabatur, ut non parum tempus in hominibus juvandis, tum eorum confessiones excipiendo, tum concionibus habendis, insumeret. Opera = *Divina gratia Augustini a Lutheri, Calvini, Baji, Jansenii, et Quesnelli dogmatibus recuperata etc.* Camerini 1791 in 8 typis Vincenti Gori = *Universae Sacrae Theologiae Thesium contra infideles omnes dogmatico-Scolasticae Diatribae compendiaria perpetua ratiocinatione constantes etc.* Maceratae 1794 in 8 typis Antonii Cortesi. In his duobus opusculis admiranda elucet nostri Auctorum Sacrorum lectio, quorum testificationibus plane suas propositiones confirmat. = *Elogii d' alcuni de' religiosi più commendabili della Prov. di Quito della C. di G. morti nell' esilio*. Extat m ss. in fol. = *De gratia Augustiniana*. m ss. Religiose obiit in Romana Professorum domo 29 Dec. 1810.

Mastalier Carolus, natus Viennae 16 Nov. 1731, Soc. ac. in Prov. Austriae 18 Oct. 1749, v. 4 n. 2 Feb. 1767: Rhetoricam, poesim et Theologiam docuit; et anno 1773 Rhetoricam profitebatur in domo Professorum Viennensi S. J. Opera = *Lobrede auf den h. Kilian, Bischof Apostel, und Martyrer der Franken* (Panegyris S. Chiliani etc.) Viennae 1764. Alias quoque panegyres germanice edidit, cujusmodi *S. Udalrici*. Viennae 1765: *S. Francisci Salesii*. Vien. 1767: *S. Joannis Nepomuceni*. Vien. 1767: *aliam ejusd. Divi*. Vien. 1772: *SS. Protectorum Comitatus Tirolensis*. *Funebrem* Francisci I. Imperatoris 1765 in fol. cum ejusd. interpretatio gallica eod. anno = *Dankrede auf die hochstegewunschte genesung Ihro etc.* (Gratulatoria oratio pro recuperata salute ab omnibus summopere desiderata Mariae Theresiae Imperatricis) Viennae 1767 = *Karl Mastaliers Gedichte etc.* (Poemata Caroli Mastalier). Vien. 1774 in 8. In hac Poematum colectione minime continetur, quod sequitur carmen eodem Auctore = *Hochzeitgedichte auf die Vermahlung etc.* (Carmen nuptiale in nuptiis Josephi II. Imperatoris cum Josephina Bavarica). Vien. in 8. Ex Austria docta; ubi Carolus defenditur contra nescio quem intemperantem Criticum. Edidit etiam poematiom in obitum Christiani F. Gelleri: ex praefatione partis secundae operis inscriptis *Vie et Lettre de Gellert etc.* Ultrajecti 1775 apud J. Van. Schonhoven. Fortasse continetur in opere *Karl Mastalier Gedichte* prius laudato.

Mattei Carolus Aloysius ex Dynastis Romanis Ducibus Mattei. Romae n. 18 Oct. 1746, Soc. in Provincia Romana ac. 25 Januarii 1765, in cujus Collegio Firmano latinitatem docebat anno 1772. Extincta Societate a Pio VI. electus insignis Basilicae Vaticanae S. Petri Canonicus edidit sub siglis C. M. opus inscriptum = *Ordine di vita Cristiana proposto ai Giovani nella loro partenza da' Collegj, o Seminarj etc.* Romae: quod opus dicat Auctor Cardinali Aurelio Ro-

varella Ex Ephemeride etc. (Giornale Ecclesiastico di Roma) tomo undecimo . De moribus Caroli satius lectores edocebunt hae marmoratae laudes, quibus elegantissimus Morcellius illum exornavit ad Templum Deiparae a Gratiis nuncupatae proxime portam Angelicam.

Caroli . Mariae . Mattei .

Quod . Mortale . Fuit :

H . C . E .

Qui . Hieron , Duce . Jovj . et . Maria Cathar . Alteria . Natus . XIII. Kal. Nov. An . CIↃIↃCCXLVI . Inde . a . Pueritia . per . singulos . Aetatis . Gradus . Numeros . Omnes . virtutis . visus . est explevisse . in soc . Jesu . Adscriptus . tantum . in . se . fingendo . Ad praeclaram , illam . suae . Alienaeq . Salutis . procurandae . Divinaeq . Gloriae . amplificandae . Rationem . studj . Impendit . ut Freno . Quidem . Semper . Stimulo . Numquam . Egverit . Qua . re . factum , est . ut coetu . illo , Hominum . Soluto , ad . suos , reversus . et Vaticanus Canonicus . creatus . Quum . liberiorem . exercendae virtutis . facultatem . nactus . fuisse . sibi . videretur . Plus . ea . scilicet . quam . pro . virium . imbecillitate . Uti . coeperit . ita . dum . omnib . omnia . factus . omnium . temporib . praesto . est . dum . Ergasteria . et Nosocomia . Assiduus . perlustrat . dum . Amores . deniq . suos . Urbanam Rusticamq . Plebem . perdius . ac pernox . Audiendo . Solando . Excolendo . juvat . In Morbum Delapsus . cumq . eo . dieb . IX . conflictatus . VII . Id . Aug . An CIↃIↃCCCII . extinguitur . vir . sibi . Mundoq . Crucifixus . et . per . omnia , Apostolicus .

Alexander . S . R . E . Card . Epis . Praenest . et Ferrar . E . Administr . Laurentius . SS . Archibasil . Lateranen . Canonicus . et . Sac . Pontif . Archidiac . cum Josepho . Duce . Jovj . Fratri . Amantiss . B . M . P .

Vale . dulcis . Anima . et vive . in . Deo memor . tuorum .



Mattei Joa. Maria . n. 23 Junii 1714 Soc. ac. in Prov. Roman. 5 Oct. 1758, v. 4 nunc. 2 Febr. 1754 . Degebat anno 1775 Ragusiae ; Missionibusque operam navabat . Ex Foro Romano , in quo cum laude causas agebat , in Societatem se recepit . Opera = *De Aeris popolorum , et urbium* = *Vita S. Aloysii Gonzaghae* illyrice = *Vita B. Michaelinae Pisaurensis* , illyrice = *Adnotationes historicae in orationem Antonii Menghini* (e Soc. J.) *De Patria ingenii , et doctrinae laude tuenda ad Ragusinos* , Ragusae habitam 1754 ; ex quibus se profecisse fatetur Dolci in suis *Fastis literario - Ragusinis* , qui etiam nos docet Mathaeum anno 1767 operam dare *Lexico Italico Illyrico* conficiendo .

Matteis Pascalis de , Lupiis n. 4 Ap. 1505 , Soc. ac. in Prov. Neapolit. 18 Maii 1720 ; v. 4 n. 15 Aug. 1738 . Praeerat Collegio Maximo Neapolitano an. 1755 ; et interfuit XVIII. Congregationi Generali Romanae ; deinceps Provinciae Neapolitanae praefuit , et anno denique 1766 moderabatur Neapolitanam Professorum domum . Vir fuit consilio , et eruditione maxime sacra spectatissimus ; Aula Regia Neapolitana cum sibi a theologicis consiliis renunciavit . Archiepiscopus Neapolitanus illum exploratorem , et aestimatorem constituit doctrinae et eruditionis theologicae eorum , qui sacerdotio erant inaugurandi . Jesuitae Bollandiani saepe illum consuluerunt ; et Beatus Alphonsus Liguori , et si vir doctissimus , nullum librum in lucem edebat , quin Matteis prius legendum , ac probandum exhiberet . Longe praestitit Matteius in Juvenibus informandis , quos haud minus doctrinis , quam pietate imbuendos mirifice curabat ; unde ex ejusdem schola egregii prodiere alumni . Animi magnitudine , et invicta patientia excelluit ; neque seipso minor fuit in amanda . . .

Societate, cuius amoris locupletissimum habemus testem Marchionem Tanucci rerum Neapolitanarum arbitrum, cui Matteius proposita honestissima conditione remanendi Neapoli, si Societati nuncium remitteret, non modo aures non dedit; sed hominem admonuit, multum esse timendum de fidelitate in Regem cujuscumque parum Deo fidelis: itaque exilium jucundis invitamentis praetulit. Sancte pieque obiit Romae 20 Feb. 1779. Opera = *In nuptiis Caroli Borbonii utriusque Siciliae Regis ... et Mariae Amaliae Walburgae Saxonicae Reginae ... Gratulatio, et Obsequium.* Neapoli 1738: in 4. Dicatur eidem Carolo III, continetque orationem latinam Mattei tum in Collegio Maximo Neap. Rhetoris, et epithalamion carmine heroico Joannis Mataranell Poetices Professoris = *Inscriptiones latinae* quibus decorata fuit Pompa funebris Paulae Odescalco Gravinensium Ducis descripta a Jo. Bap. Botti S. J. atque edita Neapoli typis Stephani Abbate 1742 in 4 = *Vita Dominici Ludovici S. J.* extat in opere posthumo Ludovici inscripto *Carmina, et Inscriptiones*. Neapoli apud Petrum Palumbum 1746 in 8: ibi legesis Mattei carmen in Ludovici laudem; carmina quoque Felicis de Deo, Joan. Bapt. Botti, et Francisci Dionysii Ponte S. J. = *Il dritto, e il fatto della capacità a possedere de' Collegii della Comp. di G. dimostrata*: tacito Auctoris nomine: Neapoli typis Raimondinis 1763 in 4. Egregie confutat nescio quem instituti S. J. neutiquam gnarum, qui Collegiis possidendi facultatem imperite negabat, opusculo inscripto *Saggio di ragioni etc.* = *Il Giovanetto Serafico S. Stanislao Kostka posto in esemplare di ben vivere* (S. Stanislaus in exemplum sancte vivendi): Editio quinta Romae 1771 per Casaletti. Interpretatio Polona hujus opellae titulo *Seraficki Mlodzieniaszek twiery Stanislaus* edita fuit Calisii 1757. = *Adnotationes*: extant in *Novo Summario* par. prima tom. primo de Caussa Palafoxiana = *La divozione ai SS. Angeli Custodi ravvivata in alcune considerazioni, preghiere, ossequii etc.* Romae apud Casaletti 1783: in 18. Opusculum oppido egregium ad excitandam erga Angelos observantiam, qua longe praestitit Matteius = *L'Apostolo delle Indie S. Fr. Saverio proposto in esemplare di ben vivere*. (A D. Xaverio exemplum pie vivendi petendum). Romae typis Salomoni 1786: in 12 = *La divozione a Maria SS. immacolata*. (Pietas in Deiparam sine labe conceptam) Romae typ. Pauli Giunchi 1795 in 12. Edidit sed nondum vidi, *Dissertationem latinam de Sanguine D. Januarii*. = *Theologiam compendiariam de moribus* ad erudiendos Scholasticos S. J. sacris initiandos = *Sex dies dominicos D. Gonzaghae sacros*: sermone italico = *Decem dies dominicos D. Ignatio Loyolae sacros*: italice = *Confutationem libri de Quipu Peruano*, in quo ejus Auctor Princeps Neapolitanus sensa parum Christiana lectoribus propinabat: sermone italico. Ista Mattei confutatio censorium Urbis Tribunal permovit, ut librum de Quipu turpibus notis inureret. Monendi sunt Lectores omnia fere scripta Matteii omisso nomine vulgata fuisse.

Mauschberger Leopoldus, Bohemus, in oppido Kralup n. 16 Jan. 1718, Soc. ac. in Provin. Bohemiae, et v. 4 nunc. Post traditam Philosophiam, Theologiam dogmaticam an. 1763 in Collegio Pragensi ad S. Clementem tradebat; et anno 1772 Regens erat convictus Olomucensis. Opera = *Motus localis corporum gravium solidorum physice pertractatus*. Olomucii per Franciscum Antonium Hirnle 1751 in 12 = *Dissertatio historico-Theologica de Deo uno ex Trinitate passo*. Pragae Bohemorum typis Francisci Ignatii Kirchner 1756 in 4. = *Tractatus theologicus de gratia, justificatione, et merito*. Olomucii typis haeredum Hirnliauorum 1758 in 4 = *Tractatus de virtutibus theologicis, de opere 6 dierum, Angelis, beatitudine, et actibus humanis*: ibid. 1761 = *Tractatus theologicus de Sacramento Poenitentiae, Extremae*

Unctionis, *Ordinis*, *et Matrimonii*, Pragae typis Ignatii Francisci Pruscha 1763 in 4 = *Commentarius in Vetus Testamentum*: tom. II. Olomucis 1767.

Mazzari (non Mazzeri, ut aliquot negligenter Veneti Catalogi scribunt) Josephus, Belluni n. 19 Jan. 1728, Soc. ac. in Prov. Veneta 14 Oct. 1742, v. 4 n. 2 Feb. 1761. Degebat in Sardinia an. 1773, quo advenerat invitatus a Rege. Theologiam docuerat in Collegio Ferrariensi, ac Parmensi S. Rocchi: et Foroliviensium Antisti a consiliis Theologicis fuerat. Obiit Sassari, in cujus Universitate Regia Theologiae fuerat publicus Professor. Opera = *Odi scelte di Pindaro sui giorni antichi della Grecia*. Sassari 1776: Ex Gusta = *Orazione per li funerali del Cardin. Angelo M. Querini*, *celebrati in Venezia etc.* Venetiis per Remondini 1755 in 4: ex Collectore Gallico, cui nec vix aegre fidem habeam; Mazzario eodem anno nondum Sacerdote, et Theologiam repetente in Convictu Nobilium Parmensi.

* Michaeler Carolus historiae universalis publicus Oeniponti professor. Op. = *Versuch uber die Gestalt und Bevölkerung Tyrols etc.* (De structura tyrolis, et incolarum multitudine specimen) Pars prima: quod opus *egregium*, *singularique studio elaboratum* vocatur a doctissimo Leopoldo Gruber Cler. Reg. ex Scholis Piis, pag. 148, par. secundae *Speciminis Bibliothecae Germaniae Austriacae* Joan. Nicolai de Vogel.

Mihalcz (quod est verum cognomen) Stephanus Nobilissimò genere in oppido Retteg in Transylvania n. 25 Dec. 1726, Soc. ac. in Provin. Austriae 30 Octob. 1747, v. 4 nunc. 2 Feb. 1760. Traditis Poetica ac Philosophia, cujus Doctorum insignibus fuit exornatus, animum intendit ad excursiones Sacras obeundas per Transylvaniam, Socinianos vulgo Unitarios, quorum est ibi magna copia, ad veram Religionem revocaturus. Callebat latinum, hungaricum, Valachium, et Germanicum. Anno 1773 degebat in Residentia Caroloninensi Missionarii munere fungens. Opera = *Keretszteny Seneca* (Seneca Christianus) Claudiopoli 1768 in 4 = *Utazò s'a jö'venény Unitarius Vallásrol beszélgetö' Catholicus* (Viator, et de advenae Unitarii dogmate Catholicus Sermocinator) Kolosvarati sive Claudiopoli 1770 in 8. Est versio hungarica operis latini editi a Joan. Raicsani S. J. Ex Josepho Benkò tom. secundo *Transilvania*. Interpretationis Hungaricae latinam interpretationem fateor me debere humanissimo, et eruditissimo Stephano Dabos, Nobili Hungaro ex illustri S. Pauli primi Eremitae Ordine.

Mitterpacher Ludovicus Hungarus Quinqueecclesiis n. 25 Aug. 1734, Soc. ac. 15 Oct. 1749, v. 4 n. In Theresiano Nobilium Collegio Viennensi anno 1773 Physicam, Historiam naturalem, et Oeconomiam docebat magna opinione, simul cum egregio discipulorum fructu. Opera = *Kurzgefaszte Naturgeschichte der Erdkugel zum Behuf der Vorlesungen in der K. K. Theresianischen Akademie* (Compendiaria historia naturalis telluris ad juvamen praelectionum Academiae R. C. Theresianae). Vienne 1774 in 8 = *Satze aus der Naturgeschichte der Pflanzen, des Ackers und Weinbaves* (Dissertatio de historia naturali, de cultura plantarum, agrorum, et vitium) Viennae 1775 = *Saltze aus dem bave der Farberkrauter*, *des Wald*, *Wein*, *und Gartenbaves* (dissertatio de cultura rubiae, nemorum, vitium, et hortorum) Viennae 1776 in 8 = *Anfangsgrunde der physikalischen Oekonomie* (Elementa oeconomiae physicae). Viennae 1776 in 8 = Alia multa de oeconomia in hominum utilitatem cogitabat Mitterbacher. Ex Austria docta = *Elementi di Agricoltura*. Venetiis 1795 ad 1796 tomi VI. in 12 typ. Jacobi Storti, et est editio tertia correctior, ex opere latino nostri Ludovici. Non vidi opus primigenium latinum. Vide *Piller Mathias*, (primo Supplemento) quo cum Ludovicus Sclavoniam lustravit, ut partes cumulate praestaret muneris

quo ab Aula Imperiali Austriaca fuit extincta Societate decoratus, Oeconomiae nempe rusticae in Regia Universitate Budensi publici Professoris.

Mojon Benedictus, Villaregii Fontium (Villarejo de Fuentes) in Dioecesi Conchensi n. 7 Oct. 1732, Soc. ac. in Prov. Toletana Adjutor domesticus 5 April. 1750, vota Veteranorum ritu nuncupavit 2 Feb. 1763. In expulsione Hispanica Pharmacopolam summa cum celebritate agebat in Complutensi Collegio, et Phrigio opere elaborando florebat. Perspecta Benedicti industria, plurima rei herbariae, ac Medicinae cognitione, et excellentia, qua caeteris Unguentariis praestabat, Patritii Genuenses ipsum in Universatem Genuensem cooptarunt, et inspectionem insuper contulerunt omnium hujus artis officinarum. Opera = *Pharmacopaea manualis reformata, edita a Benedicto Mojon Hispano, in Universitate Genuensi Chemiae Demonstratore*. Genuae 1784 apud Repetum. Divini pronuntiati memor *Gloria Patris est Filius Sapiens*, Benedicto si adhuc spiritum duceret, maximam gratulationem facerem de filio G. Mojon, Medicinae, Anatomes, Botanicae, et Chimicae laude clarissimo, celebrioribus Academiis ob sua praeclara merita adscito, quae Orbi litterario manifesta ipse fecit editis eruditis operibus; in his non ultimum locum habet cui titulus *Corso analitico di Chimica di G. Mojon, Professore di Chimica etc.* tom. II. in 8. Genuae apud Frugoni 1808. Est editio secunda: prima est anno 1806, quam illico consecuta est interpretatio gallica.

* Montengon Petrus = *El Rodrigo, Poema Epico*, Matriti in aedibus Sanchae 1793 in 8. Libris. 12: soluta oratione cothurni sublimitatis aemulatrice describit Hispaniae ruinam Rege Roderico. Josephus Perez de Rueda, etsi artis Jatricae Professor, tantum nactus est otii, ut hos 12 libros italice converterit, quos typis vulgare cogitat hoc anno 1816, Incolis robuste valentibus. *Roderscum* primo supplemento laudatum, carmine octono composuit. = *Los Pastores trashumantes* (Pastores in aliam regionem pecus transvehentes): Matriti per Benedictum Garcia. Quae secuntur m ss. manent, etsi omnino perfecta sermone omnia hispanico = *Aes campanum oppidi Lunel*; Poema jocosum lib. 12 = *Expugnatio Mexici, Imperatore Ferdinando Cortesio*: 15 lib. carmine libero = *Cornelius Tacitus* = *Torquati Tassi Hierosolyma etc.* = *Juvenalis Satyrae*.

Moutesisto Horatius Stanislaus Siculus in fano S. Margharitae in regione, seu valle Mazzariae n. 7 Junii 1747, Soc. ac. in Provin. Sicula 7 Dec. 1762, in cujus Panormitana primae Probationis domo anno 1766 Rhetorices erat Auditor. Pulsa e Sicilia Societate in Mediolanensem Provinciam cooptatus Professor erat anno 1772 Scholarum inferiorum in Residentia Novensi. Restituta in Siciliam Societate, eidem se tradidit, votaque 4 nuncupavit 15 Aug. 1809. In Panormitana Professorum domo an. 1814 Scripturam Sacram ad populum explicabat. Nunc (1816) Genuae degit, Societatis rebus curandis intentus. Op. = *Ritiramento spirituale*: in 8: ex Cl. Gusta = *Istruzioni dirette alle Religiose*: in 8 ex eod. = *Istruzioni dirette ai Secolari*: in 8: ex eod. Confusionis vitandae gratia observandum est Catalogum Siculum ineunte an. 1814 omittere nomen *Stanislaus*, et non recte scribere illum fuisse natum 1748. Observandum est alterum, ne locus errori pateat, prope Messanam pagum esse dictum *S. Margharita* seu *S. Stephanus Sotano*. Haec didici ex Joanne Andrea Massa S. J., Panormi 30 Dec. 1708 vita functo, Auctore accuratae, et eruditae descriptionis Siciliae, cui titulus *La Sicilia in prospettiva*.

* Morcelli Stephanus = *Inscriptionum latinarum libri III.* laudati primo Supplemento: verbo *inscriptionum* praemitte haec duo *De Stylo*. = *Sermones etc.* iterum Brixiae cum accessionibus typis Bettonianis an. 1814: ex Mauro Boni S. J. in *Saggio di studii del P. Luigi*

Lanzi: in quo specimine legitur pag. 34 egregia inscriptio latina sepulcralis in Aloysii Lanzi laudem = *Inscriptiones* sex latinae quibus exequias Mariae Ludovicae Augustae Brixiae celebratas, ubi Augusta obiit an. 1816, Moreellius perpulcre cohonestavit: Extant in *Bibliotheca Italiana ... Giugno* 1816. Mediolani 1816. Has a Morcellio octogenario compositas nemo qui latinae linguae sensum habeat, germanissimas esse negaverit, tot aliis pulcherrimis ab eodem aetate florente compositas = *Sull' agone Capitolino Dissertatione*: extat ejus prima pars in *Biblioteca Italiana*, *o sia Giornale di Letteratura etc.* Feb. 1816 Mediolani. In Ephemeride Romana inscripta *Antologia Romana etc.* quam Eruditorum Romanorum esset, litteratorum omnium votis explendis, denuo instaurari propter maximas utilitates scientiis, et artibus augendis, extant per elegantes Morcellii inscriptiones in tom. decimo, et decimonono.

* Mozzi de Capitani Aloysio Gusta tribuit *L'esito della morte corrispondente alla vita dei supposti Eroi del secolo 18 Voltaire, D' alembert e Diderot dimostrato dalla semplice e verace sua narrazione della lor morte* non loco, non anno, non typographo indicatis. Suspicor non esse Mozzi laborem = *Lettere teologiche sulla infallibilità della Chiesa, e del Papa*; sunt numero V, quas mihi legendas praebuit mss. Joannes Baptista Pianciani e Soc. Jesu ingenio, eruditione, et industria Clarissimus.

* Muriel Dominico Gusta tribuit versionem hispanicam meditationum Patris Arsdekin. Vehementer suspicor errorem inesse pro *Diertins*.

Muszka Nicolaus Hungarus in oppido Szollosz n. 3 Dec. 1714, Soc. ac. in Prov. Austriae 14 Oct. 1730, v. 4 nunc. 2 Feb. 1748. Traditis Poesi, ac Rhetorica, Philosophiam, ac Theologiam, Doctor in utraque renuntiatus, plures annos docuit. Jubente Imperatore libris, qui edendi erant recognoscendis, destinatus, et plures etiam annos Studiorum Collegii Academici Viennensis Praefectura functus, Domui Professorum Viennensi praefuit; denique Austriae Provinciam Summus Praeses administrabat anno 1773. Linguas noverat Latinam, Hungaricam, Slavonicam, et Germanicam. Extincta Societate Aula imperialis Austriaca Nicolaum in Praepositum infulatum elegit Neosoliensis C. E. (Canonicae, seu Canonicorum Ecclesiae); quo amplissimo munere fungens, obiit an. 1783. Opera = *De Sacramentis novae legis etc.* Viennae Austriae typis Jo. Thomae Trattner: tomus primus 1754; secundus 1755 in 4: quos dicat Archiepiscopo Viennensi = *De actibus humanis*. Ibid. 1757 = *De legibus, earum transgressione, seu peccatis*, ibidem 1756. In his tractatibus eximium, et eruditum Theologum se noster ostendit = *De Palatinis sub primis Regibus Hungariae* Cassoviae 1740; ex quo videtur conflatum opus inscriptum *Palatini Regni Hungariae bello paceq. clarissimi e diversis Scriptoribus*. Tyrnaviae typ. S. J. 1760 in fol. = *Epistolae familiares varii argumenti elegiaco versu* 1739 = *Variae Orationes*. Vide *Austriam doctam* et Katonae *historiae pragmaticae* partem secundam.

* Muzzani Christophorus = *Dissertazioni teologiche sopra le più gravi, e importanti controversie a' giorni nostri suscitate*: tom. II. Venetiis 1803 in 8. ex catal. libro. Francisci Andreola, ann: 1807. Nonnullas reor dissertationes Supplemento primo laudatas hoc in opere contineri = *La Monarchia Dissertazione*. Vicentiae 1798 in 8: ex eodem Catalogo. = *Lettera, che non si può chiamare risposta alla seconda appendice del Nobil Sig. Conte Teologo Veronese*. (Thaddeum Nogarola) Venetiis. 1802 in 4; ex eodem = *Dissertazione del motivo formale, e adequato del dolor di attrizione*: ibid. 1802 in 4: ex eodem = *Lettera al Sig. Dottore N. Teologo del Seminario di Padova sopra l'assoluzione sacramentale, e sopra il dolore de' peccati necessario a riceverla salutarmen-*

te: ibid. 1802 in 4: ex eod. = *Le caccie Poemetti sei*: Patavii 1789 in 8: ex eodem = *Il Sinodo de Pistoia dichiarata nullo dai Teologi Gallicani*: Ex Gusta, qui nec locum, nec annum, nec typographum declarat.

* Muzzarelli Alphonsus = *Lettera amichevole al Sig. Ab. Vincenzo Bolgeni* Fulginiae per Joannem Tomassini 1790 in 8: oppugnat tractatum de caritate. = *Raccolta di avvenimenti singolari, e documenti autentici spettanti alla vita del B. Francesco di Geronimo etc.* Romae typis Pagliarini 1806 in 4. Dicatur opus Bartholomaeo Pacca Cardinali. Erudita praeit praefatio de Auctoris in scribendo scopo = *De Auctoritate Romani Pontificis in Conciliis Generalibus*. Gandavi typis Bernardi Poelman 1815, tom. II. in 8: opus posthumum. In Muzzarelli laudem neutiquam illam praetereundam censeo, qua doctissimus Theologus Michael Cardinalis de Petro Alphonsum decorat litteris ad Faustinum Arevalum datis Idib. Aug. 1814: *Emeritissimi Theologi* (verba sunt amplissimi Cardinalis) *olim ejusdem Societatis, inde Canonici Ecclesiae Ferrariensis ... cumque dictum Alphonsum gravi morbo correptum Lutetiae Parisiorum gloriosam mortem oppetiisse contigerit*.

N

Navarro Joachimus in oppido Palacios Dioecesis Toletanae n. 5 Aug. 1705, Soc. ac. in Prov. Toletana 28 Jun. 1722, v. 4 nunc. 15 Aug. 1738. Vitam fere omnem insumpsit in Theologia docenda magna cum ingenii acutissimi opinione, in Universitate praecipue Complutensi, in cujus Doctorum Ordinem fuit adscriptus. Interfuit Congregationi Generali Romae habitae pro eligendo Laurentio Ricci in Praepositum Generalem Soc. Jesu. Ea viguit doctrinae opinione in rebus maxime Canonicis, ac Theologicis, ut crebro illum adirent, et Senatus Castellae Regius, Supremum Inquisitionis Sacrae Tribunal et Cardinalis Archiepiscopus Toletanus pro difficillimis quaestionibus solvendis. Ista severiora studia Poesi Hispanica demulcebat, in qua, et acumine, et facilitate valuit, ut ex poemate edito patet. Postremus fuit Collegii Imperalis Matritensis Rector, cujus heroicam fortitudinem demirata fuit nocte illa tristissima exilii Sodalibus denuntiati vel ipsa Satellitum turba. Arreptum igitur a Quaesitorum manibus iam lectum exilii decretum suo Navarrus capiti reverenter imposuit; et illis de sua et Sodalium submissione quaerentibus, modesta, sed plena voce respondit: *non exilium modo; sed duriora quoque pati parati sumus, ut Regi nostro antiquam nostram venerationem, et obedientiam manifestam reddamus*. Quae quidem vox, ut ego testis vidi, plurimis, Quaesitorum etiam uni lacrymas excussit. In Italia Provinciae Toletanae praefuit, usque ad Societatis extinctionem. Inopina tecti ruina oppressus interiit Forolivii 26 Ap. 1780, suffocatus a maxima frumenti copia in contignatione domus superiore conditi, cujus oneri pavimentum cessit. Opera = *La Hermosura sin Lunar* (Pulcritudo sine naevis). Matriti per Joachimum Ibarra 1762 in 4. Vario metrorum genere Deiparae, cujus erat studiosissimus, laudes persequitur = *Cursus Theologicus etc.* tomus primus: Matriti per Viduam Emmanuelis Fernandez 1765 in folio: secundus ibid. 1766: tertius ibid. 1767. = Poemation hispanicum BB. Aloysio Gonzaghae, et Stanislao in Beatorum album relatis; quod extat in *Amphiteatro Sagrado etc.* auctore Petro del Busto S. J. = Laudationes funebres hispanice Ven. Cardinalis Ximenez Cisneros, et Mariae Barbarae Lusitanae Hispaniarum Reginae = Panegyrici SS. Fidelis Sigmaringa, et Josephi a Leonissa. Reliquit m ss. historiam Ecclesiae Orientalis.

Neale Leonardus quem Anglo-Americanum puto, renuntiatus fuit Episcopus Gortynae a Pio VI., et datus Vicarius seu Coadjutor Joanni Carrol Epi-

scopo Baltimorensi, de quo superius mentionem feci. Opera. = *Litterae Pastorales*. Vide opus inscriptum *Melanges de Philosophie, d'histoire etc.* tom. quarto. Parisiis 1808.

Neubaver Ignatius, Soc. ac. in Prov. ad Rhenum Superiorem, in cujus Heilderbergensi Collegio anno 1763 Philosophiam profitebatur. Anno 1766 in Academia Herbipolensi, seu Wirceburgensi linguae sanctae, ac Theologiae publicus erat Professor. Opera = *Influxus astrorum in sublunaria*. Heilderbergae, 1763 in 12 typ. Jacobi Haener. Rem dialogo tractat = *Theologia dogmatico-polemico-Scholastica etc. Tractatus de legibus*. Wirceburgi per Joan. Jacob. Stahel 1766 in 8. De aliis tractatibus nihil novi.

* Neuville Carolus Frey = *Sermons*: tom. VIII. Lugduni apud P. Bruyset-Ponthus. 1777: Editio secunda emendatior, quam diligenter curavit Carolo familiaris Ivo Mathurinus Maria Querbeuf (de quo primo Supplemento), et ornavit egregia analysi sermonum omnium, et praefatione insuper de Caroli gestis, ex qua patet eum ex Diocesi fuisse Constantium Castrorum, sit latine vocat G. Tachart, sive Tachard S. J. in suo Dictionario urbem Normanniae dictam *Coutance*.

* Neuville Petrus Claudius Frey interfuit decimaeseptimae Congregationi Generali anno 1751. Obiit paulo ante Societatis extinctionem.

* Nicolai Alphonso Gusta tribuit Elogium Marchionis Nicolini quod ait extare in Ephemeride Medica Florentina (*Giornale di Medicina*): et elogium Equitis Guazzesi, quod ait editum fuisse simul cum primo tomo operum dicti Equitis. Joannes Franciscus de' Giudicii non vero Alphonsus, Auctor est elogii extantis in primo tomo inscripto *Tutte le opere del Cav. Lorenzo Guazzesi*. Pisis 1766.

* Nuix de Perpigna Raphael = *Titi Cariti Perpennae ad Quirites pro Romani Pontificis in controversiis fidei dirimendis auctoritate adversus falsos Catholicae Ecclesiae cultores Orationes quinque*. Assisii typis Octavii Sgariglia 1784 in 8: tribus tomulis. Opus in quo nihil desideres, sive rationum robur, sive sermonis elegantiam in argumento difficili perpendas. Orationem quartam, et maxime quintam speramus multum commendandas iri a doctis Galliae Theologis.

O

Ochoa Joachimus Almansae modica quidem Dioecesis Conchensis urbe, sed maxime illustri, ob victoriam ab Hispanis an. 1707 habitam pro Philippo V. praeliantibus, nobili genere n. 5 Jun. 1737, Soc. ac. in Prov. Toletana 17 Oct. 1753, v. 4 nunc. Forolivii. In Seminario Regio Matritensi Nobilium Rhetoricam, ac Poeticam profitebatur anno 1766. Adjacii in Corsica Philosophiam Juniores nostros docuit. Vir acri ingenio, multiplici doctrina, ac litteris latinis, graecis, et hebraicis excultissimus. Restitutam in Hispaniam Societatem optimi Regis Ferdinandi VII. beneficio illico Joachimus relictis suae Patriae uberrimis commodis amplexus, nunc (1816) linguam Hebraicam publice in Collegio Imperiali Matritensi profitetur. Opera = *In occasione delle faustissime nozze del ... Sig. Marchese Francesco Giuseppe Paulucci ... colla ... Signora Contessa D. Maria Maddalena Borromeo ... L'Abate D. Luigi Carrillo ... al preclarissimo Sposo D. D. D.* Caesenae 1780. Per Gregorium Biasini in 4. Est epithalamium in nuptiis illustrium Conjugum Paulucci, et Borromaee, cujus Auctor est Joachimus, etsi Aloysius Carrillo illud dicat Pauluccio Sponso, quem religione, et bonis artibus instituendum susceperat. Incipit *Vota Musarum*. *Vos ego dum laudam merita redimire corona*, et absolvitur hoc versu, qui est quartus supra octoginta (84) *Audiet, et votis, quando sunt justa, favebunt*. His elegantissimis versi-

bus heroicis, succedit Poemation Graecum, Μελος cujus primum distichum est ita: Τονδε γάμεν κύδιστον ὕμην ὅτε Τευχεν: ὀπώρη = Εἴαρι τ' ἐξαυτῆς νεῖκος ἐπῆλθε μέγα etc., quod consequitur paraphrasis latina; cujus primum distichum sic sonat: *Haec dum laetus. Hymen socialia festa pararet,* = *Veri cum Autumno pugna superba fuit etc.* = *Observationes theologicas* Joachimi Cortes (de quo tertio Supplemento) correcta purgataque latinitate digessit. Paratam prelo habet lucubrationem de Particulis hebraicis Horatium Tursellinum egregium de particulis latinis Scriptorem aemulatus.

* Oddi Longaro Gusta tribuit *Vita del V. Servo di Dio Alphonso. Rodriguez Fratello Coadjutore della C. di Gesù.* Roma in 4. Certissimum habeo Arcangelum Arcangeli fuisse hujus vitae Scriptorem, quae Romae typis Rossi edita fuit an. 1761 in 4, et Cardinali Fortunato Tamburini dicata a Jacobo Andres Causae Postulatore. Arcangelus Aretii in Etruria n. 3 Aug. 1697, Soc. ac. in Provin. Rom. 18 Junii 1716, vota quatuor nun. 15 Aug. 1730. In domo Professorum S. J. Romana Archivii Praefectura fungebatur an. 1772. Alias quoque vitas edidit, quas suo loco referemus, in his illam Cardinalis Bellarmini approbatam a Cl. viro, doctissimoque Theologo Hispano Bernardino Membrive ex inclyta Dominicana familia, cujus judicium legere neminem poenitebit.

* Oderico Gaspar Aloysius. Antonius Coppi elegans Auctor vitae (*Notizie sulla vita, e sulle opere di Monsignor Gaetano Marini etc.* Romae ex typog. Ajani 1816) Praesulis Romani Cajetani Marini, pag. 13 me docuit Dominum D. L. Guillaume narrationem contexuisse de Oderici Vita, et Scriptis (*Notice sur Gaspar Louis Oderico, et sur ses ouvrages*) quae extat in opere quod frustra per quam diligenter quaesivi dicto: *Magasin Encyclopedique de M. Millin a Paris Janvier* 1806 *pag.* 95.

Oliveira Thimothaeus Ulyssipone n. 3 Feb. 1707, Soc. ac. in Prov. Lusitaniae 24 Feb. 1721 v. 4 n. 2 Feb. 1740. Obiit Ulyssipone post extinctam Societatem. = *Oratio funebris habita in obitu Joannis V.*, (credo lusitanicae): Extat in opere *Descripzaon funebre das Exequias etc.* Ulyssipone ex officina Francisci da Sylva 1750 in fol.. = *Libellus supplex* Regi Fidelissimo Petro III. et Reginae Mariae I. oblatus cum quaestionibus juridico in examine proponendis: extat latine conversus in Ephemeride Clar. Murr. Zehnter theil. 1781.

* Ossuna Joannes: Roma Hispaniam repetivit 18 Sep. 1815. In Collegii Imperialis Matritensis Templo hoc an. 1816 orationem habuit ad Carolum Borbonium Ferdinandi VII. germanum Fratrem de laudibus D. Ignatii de Lojola, quae jubente eodem Regio auscultore indulgentissimo sub prelo manet.

P

Padovani Hieronymus n. 2 Martii 1733 Soc. ac. in Provincia Veneta 14 Oct. 1750: v. 4 non. 28 Maii 1772. Concionabatur Ferrariae an. 1773. Op. = *Racconti morali per la Gioventù.* Tom. II. in 8: ex catal. libr. haeredum Baglioni an. 1805.

Palazzi Augustinus Brixiae nobili loco n. 24 Nov. 1725, Soc. ac. in Prov. Veneta 21 Oct. 1743: v. 4 n. 2 Feb. 1760; post nostrorum Juniorum institutionem a se praestitam, ad Missiones se contulit, quo munere degebat in Collegio Brixiensi S. Mariae Gratiarum 1772 Op. = *Eustachio*. Tragedia. Brixiae apud Joan. Mariam Rizzardi 1758; quam multum laudari sentio. Alias etiam haud minore laude composuit.

Paletta Petrus, Patritius Veronensis, n. 13 Nov. 1746, Soc. ac. in Provin. Veneta 10 Oct. 1764, in cujus Collegio Bononiensi S. Luciae metaphisicae addiscendae operam dabat anno 1770, et in Veneta Professorum Domo anno 1772 latinam linguam tradebat. Extincta So-

cietate Canonicatu Veronensi honestatus edidit = *Storia ragionata delle Eresie etc.* Tom. I. *Le eresie de' tre primi secoli della Chiesa* . Veronae 1795 in 8; quem primum tomum dicat Auctor Cardinali Valenti Gonzaga . Ex Ephemeride (Giornale Ecclesiastico di Roma) tomo undecimo a qua laudatur opus.

Pallavicini Fridericus Maria Cremonae ex Patritia familia n. 27 Oct. 1709, Soc. ae. in Provincia Mediolanensi 24 Mar. 1726, v. 4 n. 2 Feb. 1753 . Moderabatur Mediolanense Collegium Nobilium an. 1773 . Theologiam antea anno scilicet 1753 Cremonae docuerat. Nimis nota est Pallavicini controversia cum Canonico Cremonensi Cadonico, de qua consule historiam litterariam Nostri Francisci Antonii Zaccharia, tom. IIdo. Opera = *Vita Juvenis Francisci Picenardi*, quem ipse Pallavicini ad virtutem, et perfectionem Christianam informaverat . Mediolani 1775 typis Marenti; et italico sermone, ni fallor = *Il Sacerdote santificato etc.* Venetiis apud Antonium Zatta 1787 in 12 . Opus pium, et Sacerdotibus perficiendis aptum, conversum, et editum fuit hispanice ab uno ex nostris . Raymundus Viescas fortasse fuit interpres; illud est profecto certum Raymundum opus edidisse inscriptum *Risposta alle osservazioni sopra le due lettere, che riguardano il Sagramento della Penitenza, e che chiudono l'opera intitolata Il Sacerdote santificato*: (Cesenae per haeredes Biasini 1792) quo valide perstringit N. N. Loretta Parochum Ravennatensem qui Pallavicini opus ferreis convitiis reprehenderat.

Pallavicino Caesar Bastiae in Corsica n. 1 Jan. 1741, Soc. ae. in Provin. Mediolanensi 2 Jun. 1759, in cujus Burmiensi Collegio an. 1772 latinitatem docebat in annum quintum . Extincta Societate ad Episcopatum Sarzanensem in Liguria fuit elatus die 24 Sep. 1804 . Op. = *Littera Pastorales* .

Panigai Bartholomaeus Belluni ni fallor n. 25 Dec. 1720, Soc. ae. in Prov. Veneta 14 Octob. 1736, v. 4 nun. 15 Aug. 1754 Pluribus annis Venetiis Mathesim tradidit; sed anno 1772, a gymnasio vacans in Veneta Professorum domo degebat . Extincta Societate electus fuit Decanus Principis Templi Bellunensis, ut asserit Cl. De la Lande (Voyage in Italie: tomo VII. Genevae 1790). An ille nonnihil ediderit, vel ad Mathesim, seu ad Historiam naturalem, cujus ille nobile Musaeum collegerat, pertinens, prorsus nescio.

* Para de Phanjas . In tomo II. *Theoria entium sensibilium ... Theoria telluris etc.* pag. 184 ait opus, in quo rationem explicat, cur semimetalla in calcem redacta, graviora, quam antea, reddantur, ab Academia Burdigalensi fuisse coronatum .

Pastore Raphael n. 8 Dec. 1732, Soc. ac. in Provin. Neapolitana 22 Jul. 1744, v. 4 nunc. 2 Feb. 1766 . Philosophiam, et Theologiam morum tradidit. Ex regno Neapolitano Venetias petiit, ubi domicilium collocavit . Opera = *La Filosofia de Tito Lucrecio Caro, e Confutazione del suo Deismo, e Materialismo col poema di Antonio Paleario dell'immortalità degli animi* . Venetiis 1776: vol. 2. in 8; quam Pastoris interpretationem asserit Cl. Astronomus De la Lande (Voyage en Italie, tomo VII.) interpretatione Marchetti fideliorem esse = *Imperatoribus Francisco II. Germanorum . Paulo II. Moschorum PP. FF. AA. Gallo ubique profligato ... Raphael Pastore gratulationis, et officii causa Elegos hosce de Ancone devicta qualescumque L.V.D.D.* Laureti 1800 typ. Alexandri Carnevali: uno fol. = *Raphaelis Pastore Epicedion in obitu celeberrimi viri doctissimi, ac pientissimi Josephi Marinowikii ad Nob. virum ornatissimumque Marchionem Joannem de Serpos* . Venetiis 1801 typ. Curtiis in 4. Elegans est elegia, qua Pastor amici, et Sodalis Josephi obitum deplorat = *Catullo Tibullo e Properzio espurgata lezione*(Est 4ta editio) tom. II. Bassani 1805 typis Remondini. Crebris annotationibus

in hac editione Auctoris mentem Interpres illustrat, et nonnulla turpicula resecat, quae juventutis ardore in primis editionibus fere probaverat = *La bucolica di Virgilio tradotta*. Venetiis 1800: ex Catal. lib. Remondini an. 1804.

Pastorini Joa. Bap. Genuensis (opinor), cujus nomen minime legitur in catalogis Romano, Veneto, et Mediolanensi ad annum 1772: Duo ejusdem luculenta epigrammata latina (Sonetti) de liberata Genua, et de Cupidine, luculento etiam carmine elegiaco conversa fuerunt latine a Jacobo Picozzi: et extant in opere *Anacreontiche etc.* Mediol. 1794 apud Franciscum Pogliani. Vide Picozzi.

Pavesi Hieronymus, Apuae n. 1 Augusti 1739, Soc. ac. in Provincia Romana 31 Octob. 1756, in cujus Romano Collegio ann. 1772 Theologiam adiscebat in annum 4. Extincta Societate creatus fuit Episcopus Apuanus 24 Junii 1797. Opera. = *Litterae Pastorales*.

Pejacsevich Franciscus Xaverius Illyricus Esskini n. 15 Julii 1707, Soc. ac. in Prov. Austriae 14 Oct. 1722, v. 4 nunc. 15 Aug. 1740. Traditis Rhetorica, Jure canonico, Philosophia ac Theologia, in qua Doctor, Decanus, ac Cancellarius renuntiatus fuit, Possegano Collegio praeerat anno 1773. Opera = *Controversiae Ecclesiae Orientalis, et Occidentalis*. Graecii typis Widmanstadii 1752 in 8. Dialogis Graecus, et Latinus contendunt = *Tomus primus Theologicorum dogmatum de Sacramentis*. Graecii typ. Widmanstadii 1754 in 4: agit de Sacramentis in genere, de baptismo, et confirmatione erudite ac solide.

* Pellegrini Josephus Aloysius. = *Prediche*: tom. IV. Venetiis apud Franciscum Tosi 1801. Continet haec editio plures conciones quae in prioribus desiderantur = *Panegirici*: ibidem omnino = *Tobia*. *Ragionamenti*: tom. II. Venetiis 1800 apud Adolphum Cesare.

* Perelli Joannes Vicarii Generaliis Soc. J. Munere nunc (1816) prudentissime fungitur. Opera = *Novena in onore di S. Chiara etc.* Neapoli apud Salvatorem Troise 1805 = *Novena in onore dello Spirito Santo*. Ibidem omnino = *Novena in onore del S. Natale di N. S. Gesù Cristo*. Ibidem omnino = *Novena in onore di S. Agata etc.* (sumto nomine Josephi Caponetti) Romae typis Barbiellini 1791. Catalogus Sociorum, et Officiorum S. J. in ditione Pontificia mense Majo die 19 an. 1815 Romae editus apud Linum Contedinum scribit pag. 27 R. A. P. Perellium ortum fuisse 18 Sep. 1735, Societati accessisse 15 Jun. 1750; in quo quatuor tantum errores deprehendo; quippe mihi in primo Supplemento scribenti natum esse 11 Maii 1734, Societati accessisse 11 Junii 1750 favent, duo catalogi impressi Provinciae Neapolitanae ann. 1765, et 1766, et unus mss. ad an. 1767 copiose, ac diligentissime confectus post exilium Neapolitanum.

* Perez Francisco Gusta tribuit *Lettera contro l'errore del Padre Eliseo etc.* Bononiae 1785.

Pertusati Franciscus Mediolani nobili genere natus Op. = *Soliloquj divotissimi sui patimenti di N. Sig. G. C. traduzione del Francese*, Venetis 1813: tom. IV. in 12: ex Catalogo Antonii Fortunati Stella Bibliopolae. Mediolani 1816. Quantum conjectura percipio, reor haec piissima colloquia auctorem habere Ven. Servum Dei Thomam a Jesu Lusitanum, ex praeclarissimo S. Augustini Ordine, qui lusitanice scripsit *Trabalhios de Jesus*, quae noster Alleaume gallice reddidit, et post iteratas editiones, edita fuerint Parisiis tribus tomis in 8 an. 1789 apud Belin bibliopolam. Hanc versionem gallicam italice convertit Clar. Bernardinus Famiani, et edidit tom. IV. in 12 Romae 1795 typis Pauli Giunchi, et dicata fuit Alexandro Cardinali Mattei Ferrariae Archiepiscopo. Interpretationem Famiani et Pertusatii praecesserat interpretatio Ludovici Florii de quo Sotuellus. Pertusatio Gusta tribuit interpretationes ex hispanico. Cum meiCa-

talogi nequaquam attingunt ann. 1773 Pertusatium reor Societatem hoc anno fuisse ingressum in prioribus Catalogis nequaquam nominatum.

* Petisco Josephus = Hispanice reddidit libros omnes V. et N. Testamenti, quos post Petisci obitum N. N. ejusdem consanguineus obtulit Carolo IV Hispaniarum Regi, qui pro suo in omnis doctrinae incrementum studio jussit suis regiis impensis pulcherrimis typis magnifice vulgari. Me latent causae, quibus jussa Regis eruditorum hominum fautoris liberalissimi ad nihilum recidere. = *Historiae ex libris Ciceronis depromptae cum notulis Hispanicis*. Villagarsiae 1758 in 8 ex.

* Petrucci Josephus = *Opere di C. Cornelio Tacito volgarizzate*: Romae typis Mariani deRomanis. Tomus primus, secundus, tertius, quartus, et quintus anno 1815: tomus sextus 1816; Hoc eodem anno sub prelo manet tomus septimus continens vitam Agricolae, Germanorum mores, et indicem totius operis, quod dicatur amplissimo Laurentio Cardinali Litta. Multam ab Eruditis viris Petruccius sibi laudem conciliavit ob interpretationis fidelitatem, styli nitorem, et in Taciti sententiis vulgo abstrusis, ac reconditis explicandis miram perspicuitatem. Sed ampliore ego laude Petruccium cumulandum censeo ob praeclaram disciplinam, qua ejusdem discipuli Soc.Jes.tyrones graecas, atque latinas litteras, Poeticam, et eloquentiam docentur. Summa voluptate admiratus legi eorum Carmina cum graeca, tum latina in Natalem J.Christi diem anno 1815, et in D. Gonzagam praesentis anni 1816 concinnata, quae sive acumen ingenii, sive verborum elegantiam perpendas, neutiquam typis indigna censebis. Bina tantum epigrammata proferam, quia omnium Poetarum nomine composita. En primum in laudem D. Aloysii = *Nostra haec esse tibi si grata acceptaque possunt* = *Carmina, id unum a te perfice quod petimus* = *Nos sumus hic, olim quod tu Gonzaga fuisti* = *Oh tales simus nos quoque, qualis eras!* = Alterum Ad S. Aloisium pro Karolo Emmanuele IV. Sardiniae Rege = *Si tua qui sequitur, Lodoix, vestigia, dignus* = *Est, coeli ex alto vertice cui faveas*; = *Huic faveas, sancte qui nos ut viveret inter* = *Fratri instar cessit regia Sceptra tui* = Abs re arbitror non fore Poetarum Tyronum nomina saltem indicare; cum enim iam aliquem fecerint gradum, ut in Bibliot. Scriptorum S.J. locum obtineant, amplissimum in posterum litterarum ardore perseverante, certissime habituri. Tyrones Poetae utriusque Parnassi graeci, ac latini cultores sunt Antonius Carli: Isaias Carminati: Aloysius Cesaretti: Franciscus Xaverius Patrizi: Stanislaus Augustus Altieri: Cajetanus Leonetti. Poetae latini sunt hi: Aloysius Tapparelli: Josephus Boeri: Antonius Bosius: Benedictus Giannecchini: Josephus Marchi: Carolus Maria Vannarelli: Philippus Orsini: Aloysius Belli: Franciscus Bolognesi. Non possum me cohibere quin aliquomodo cum Marone lectissimos juvenes salutem, *Cara Dei soboles, magnum Loyolae incrementum*.

Pezenas Spiritus, Avenione n. 28 Nov. 1692, Soc. ac. in Provincia Lugdunensi. Massiliae pluribus annis fuit Regius Hydrographiae Professor magno sibi nomine inter Astronomos, Physicos, ac nauticos comparato. Postea renuntiatus fuit Director Regius Speculae astronomicae Massiliensis. Academia Lugdunensis bonarum artium socium sibi Pezenatem voluit, et cum Academiis Parisiensi, ac Massiliensi idem commercium litterarium habuit. Obiit in patria an. 1776. Opera = *Le guide des Jeunes mathematiciens, ou abrege des mathematiques a la portè des commenzants*. Est versio ex Anglico Joannis Ward: ex memoriis Trevolt. 1757 men. Decembr. = *Memoires de mathematique et de Physique rediges al'Observatoire de Marseille*. Pars prima Avenione 1755: ex memoriis Trev. mense Oct. 1755 = *La theorie, e la pratique du jaugeage des tonneaux des Navires, et de leur se-*

gmens. Massiliae 1749 in 8: Ex mem. Trevol. men. Dec. 1749 = *Elemens de Pilotage*: ibib. 1733 apud Viduam Boy ex mem. Trev. mens. Mar. 1736 = *La pratique du pilotage ou suite des Elemens de pilorage*. Avenione per Franciscum Girard. 1741 in 8 = *Observation de l'obliquitè de l'ecliptique*, *et de la latitud de Marseille*: extat in mem. Trevol. men. Apr. 1731 = *Observations meterologiques faites a Marseille pendant l'annee* 1730: Extant in Mem. Trevol. men. Jul. 1731 = *Cours complet d'Optique traduit del Anglois de Robert Smith*: tom. II. in 4, quos Galliae Regi dicat interpres. Avenione apud Viduam Girard 1767. Maximi momenti sunt notationes, et additamenta, quibus Spiritus Anglicum opus praeclarissime illustrat. = *Cours de Physique experimentale*: tom. II. in 4. Parisiis apud Jacobum Rollin 1751: Est versio ex Anglico Cl. Desaguliers = *Solution d'un probleme proposè par Kepler sur les proportions des segmens d'un tonneau coupè parellement a son axe*: extat in tomo primo *memoires de mathematique*, *et de Physique presentès a la Academie Royal des sciences etc.* Parisiis ex typog. Regia 1750. Solvitur a Pezenate problema de dimetiendo dolio non pleno, adeo difficile, ut ejus solutionem, neque Keplerus, neque Snellius, neque Wolfius excogitare potuerunt = *Observation de l'Eclipse du Soleil du* 25 *Juillet* 1748 *fait a Marseille*: extat ibid. sed tomo secundo, edito 1755 = *Observation de l'Eclipse de Lune du* 8 *Aout* 1748 *faite a Marseille*: ibid. omnino = *Nouvelle theorie des taches du Soleil*: extat ibidem, sed tomo sexto edito 1774. In fine laudat Jesuitam Poczobut Polonum, qui Massiliae an. 1762 multas fecit observationes super magna quadam Solis macula = *Traitè des Fluxions* tom. II. Parisiis apud Carolum Antonium Jombert 1749 in 4. Tractatus iste calculi differentialis, et integralis quem Angli *Fluxions* vocant, est interpretatio ex Anglico praestantis Mathematici Colini Mac-laurin. In monito nos docet Pezenas se gallice ex anglico reddidisse *Le Commentaires de Stewart avec la Quadrature des Courbes de Newton*, *et sur l'Analyse du meme Auteur par les suites infinies*: et *la demonstration de quelques unes des principales propositions du premier livre les principes de Newton*, auctore Clarke, et denique Algebram Colini Maclaurin: Laudat etiam *Le Microscope a la portè de tout le monde*, ex Anglico a se gallice conversum. = *Dictionaire universelle des arts*, *et des sciences Franzois latin*, *et Anglois ... traduit del'Anglois de Thomas Dyche*: tom. II. in 4. Amstelodami apud Joannem Neaulme 1758: tacitis Pezenatis, et in hac interpretatione Socii Patris Ferand Massiliensis nominibus. In monito praevio Pezenas ait hanc interpretationem non strictam, sed liberam esse pluribus vocabulis additis, aliis demptis. Laudat in multis, in multis etiam reprehendit dictionarium nostrorum Trevoltiensium, qui una cum Auctoribus Encyclopediae inceptam iam Parisiis dictionarii Dychei editionem vel invidia, vel cupiditate permoti impedivere.

Picozzi Jacobus Modoetiae n. 21 Sep. 1726. Soc. ac. in Prov. Rom. 8 Nov. 1745, v. 4 n. 2 Feb. 1761. Praeerat Collegio Recinetensi an. 1772. Post Societatis extinctionem Modoetiam reversus renuntiatus fuit Regens publicarum Scholarum in Regio Collegio Modoetiensi. Opera = *Anacreontiche dell'Abbate Innocenzo Frugoni e Sonetti di varii Autori tradotti in versi latini etc.* Mediolani 1794 apud Franc. Pogliani in 8. Praestantissimi Poetae Itali Innocentii Frugoni Odas ad perfectissimam Anacreontis imitationem compositas eleganti elegiaco carmine latine reddit ea minime obscura brevitate, ut uno disticho stropham italicam 4 versibus constantem interpretetur. His Frugonianis adjungit Picozzius carmine etiam latino interpretationem Epigrammatum (Sonetti) variorum Auctorum, quorum e numero Jesuitae sunt Jacobus Antonius Bassano: Angelus Berlendis; Julius Caesar Cor-

dara: Paulus Maggioli: Joan. Bap. Pastorini. Ex operis dicatione, et monito liquet Picozzium plures alias Anacreonticas Frugonii simili interpretatione latina adornasse, vulgasseque Bergomi typis Locatelli, quam Auctores Ephemeridis Litterariae Taurinensis men. Feb. an. 1792 laudant ob conservatam Frugonii venustatem.

* Pignattelli Josephus, quem primo Supplemento dixi Auctorem Epithalamii Hispanici, non ideo ex Scriptorum albo est expungendus, quia verus fuit Auctor Josephus Arnal de quo suo loco; cum reliqua vera sint, quae ibi de ornamentis Pignattelli litterariis disserui.

Pilchowski David n. 18 Dec. 1735, Soc. ac. in Provin. Lithuaniae 2 August. 1752. In Collegio Nobilium, et Seminario Szyszkoviano an. 1767 Rhetoricam profitebatur. Opera = *Caii Crispi Sallustii opera*: polonice. Vilnae typ. Soc. J. 1767 in 8 = *Lucinsza Anneusza Seneki a Krotkosci etc.* Est versio polonica Senecae de brevitate vitae, beata vita, Providentia Dei, tranquillitate animi, constantia Sapientis. Vilnae typ. Soc. J. 1771 in 8, vivente Auctore.

Piller Matthias, Graecii n. 25 April. 1734, Soc. ac. in Provincia Austriae an. 18 Oct. 1750, v. 4 n. In Collegio Regio Theresiano Praefectus erat nobilium 1773. Extincta Societate ab Aula Imperiali Austriaca constitutus fuit Historiae naturalis in Universitate Regia Budensi publicus Professor. Opera = *Iter per Poseganam Sclavoniae Provinciam ... susceptum a Matthia Piller historiae naturalis, et Ludovico Mitterpacher Oeconomiae rusticae in Regia Universitate Budensi professoribus presbyteris*. Budae typis Regiae Universitatis 1783 in 4.

* Pinazo Antonio Gusta tribuit *Dissertazione sulla luce, e Calore del Sole* = *Electricismus. Poema*.

* Pons Josephus obiit Spoleti 6 Maii 1816 multis proditis eximiae pietatis argumentis, infinita pene Discipulorum cinctus corona Magistri obitum deflentium.

* Porzia Carolo Gusta tribuit *Anedotti del Ministero*: tom. II. in 8: Est versio ex gallico. Obiit Porzia Panormi ineunte an. 1815.

Postel Henricus in exigua Urbe Binche in Hannonia n. 28 Maii 1707 (Fellerus scribit 1706; sequor Catalogum Provinciae Gallo-belgicae an. 1756), Soc. ac. in Prov. Gallo-belgica 17 Oct. 1728. Obiit Duaci 7 Nov. 1788. Theologiam an. 1756 profitebatur in Collegio Duacensi; quam Provinciam pluribus annis obivit singularis ingenii, doctrinae, et perspicuitatis existimatione; adeo ut Theologiae Auditores Duaceni reliqua gymnasia deserent, ut Henricum dictantem audirent. Opera = *L'incredule conduit a la Religion etc.* tomi duo: primus est contra Atheos, Deistas, et id generis furciferos: secundus adversus haereticos. Iis utitur ad optimae logicae regulas argumentis, ut nemo ex illo grege quidquam contra reposuerit, quamvis Henricus in scriptis periodicis, sive Ephemeridis illos provocaverit ad demonstrandum vel minimum logicum errorem suas demonstrationes labefactantem. Ex Feller (Journal. Dec. 1788).

Potenza Ignatius nobili genere Marsici exigua Regni Neapolitani urbe n. 7 Feb. 1731, Soc. ac. in Prov. Neapol. 21 Dec. 1751, v. 4 n. 2 Feb. 1766. Philosophiam, ac Theologiam morum in Collegio Nolano professus fuerat. Opera = *Notizie concernenti il sacro deposito di S. Augustale martire etc.* Romae typ. Salomonii 1793 in 8. Dicat opus Bernardo de la Torre, Episcopo Marsici. Vivebat hoc anno Auctor, et in patriam deinceps rediit. Accuratissimam confecerat Romae descriptionem Thermis, arcubus, aquaeductis, Deorum aedibus etc. egregie illustratis, et erroribus aliorum Scriptorum correctis. Nescio an illam ediderit = *Memorie di S. Ottone Eremita, Protettore principale della Città, e Diocesi di Ariano* (tacito Auctoris nomine). Romae typ. Salomoni 1780 in 8. Dicat opus Episcopo Arianensi N. Potenza patruo suo = *Elogio funebre*

della Real Principessa Maria Clementina consorte di S. A. R. Francesco Borbone Principe ereditario delle due Sicilie etc. detto a 19 *Decembre* 1801, *nelle solenni esequie celebrate nella Chiesa Cattedrale di Sarno*. Neapoli 1802 in 4. Extant in fine inscriptiones latinae oppido elegantes. Ignatio Gusta tribuit *La Scuola della Pazienza*. Neapoli 1803 tom. III. est versio latini operis Hieremiae Drexelii in meliorem ordinem digesti.

Pozzi Josephus Antonius n. 19 Jul. 1725, Soc. ac. in Provincia Mediolanensi 15 Oct. 1742, v. 4 nun. 2 Feb. 1760 In Mediolanensi Collegio ann. 1772 Sacros libros interpretabatur, et linguas Graecam, et Hebraicam tradebat. Op. = *Sopra la educazione del Volgo*. Mediolani 1776 in 8: ex Catal. libr. Francisci Andreola: an. 1807. = *Poesie*. Parmae 1809 ex Catalogo Bibliopolae Antonii Fortunati Stella. Mediolani 1816. Hunc Poetam reor esse Nostrum.

* Prats Bonaventura Roma Hispaniam remeavit mense Oct. 1815 Societatem ibidem revocaturus.

Pusterla Vincentius, Patritia familia Tibure n. 7 Martii 1751, Soc. accessit in Prov. Romana 17 Nov. 1766. Physices erat Auditor in Collegio Rom. an. 1772. Extincta Societ. Canonicatu in Patria fuit honestatus. Op. = *Vestendo l'abito Religioso di S. Teresa etc.* Romae 1808 ex typograp. Salomoni in 8. Sermo sacer, quem Vincentius habuit, dum ejus Neptis Marta Pusterla virginibus a D. Theresia institutis nomen dederit = *Celebrandosi solennemente la prima Messa etc.* Romae 1806 ex typog. Salomoni in 8: sermo quem auctor habuit dum primum Sacrum offerret novus Sacerdos Josephus Bombelli: dicatur Vincentio Manni Episcopo Tiburtino = *Pel solenne cinquantesimo etc.* Romae 1805: ex typ. Salomoni in 8; et dicatur eidem Episcopo. Sermo est non in elegans de Deipara nuncupata de Quintigliolo, cum quinquagesimus ageretur annus, ex quo ejusd. Deiparae imago coronata fuit. Nescio cur nostri Catalogi Romani pro *Pusterla*, quo cognomine utitur Vincentius in his opusculis, utatur voce *Posterla*. Tibure obiit, mense Augusto 1813.

R

Re Faustus del, Tibure nobili genere natus 16 Feb 1725, Soc. ac. in Prov. Romana 10 Junii 1744, v. 4 n. 15 Aug. 1761. Regebat Collegium Illyricum Lauretanum an. 1772. Opera = *Delle ville, e de' più notabili monumenti etc.* Vide Cabral Stephanum = *S. Simforosa Martire. Tragedia Sacra*. Assisii per Octavium Sgariglia 1791 in 4: et est secunda editio.

Regelsperger Christophorus Stazendorfii in Austria inferiori n. 23 (alibi lego 24) Sep. 1734, Soc. ac. in Provin. Austriae 17 Oct. 1751, v. 4 nunc. 2 Feb. 1769. Linguas callebat, germanicam, gallicam, Hetruscam, latinam, graecam, et Hebraicam. In Theologia Baccalaureus fuit, et in Philosophia Doctor renuntiatus, quam Viennae summo plausu docuit. Disciplinis Physicae experimentalis, Mathematicis, praecipue Astronomiae, in quibus Praeceptoribus usus est Scherfferio, et Liesganigio primo Supplemento laudatis, animum quoque fructuose adjecit. Anno 1773 Poesis Professor erat in Collegio Viennensi. Opera = *Idylle auf die Abreise J. K. H. Marien Charlotten etc.* (Idillion in discessu Mariae Carolinae Austriacae). Viennae 1768 in 8 = *Ode auf die Ankunst ... Leopolds und Lovisen* (Ode in adventu Leopoldi, et Ludovici) ibid. 1770 = *Auf Rabeners Tod Trostungsgesang an Sachsen* (De Rabeneri morte carmen consolatorium ad Saxoniam). Viennae 1771 in 8 = *Auf den Tod ... Fursten Wenzel etc.* (in obitu Principis Wenceslai) Vien. 1772 = *Ode auf die Abwesenheit des Caisers* (*Ode de absentia Caesaris*) ibid. 1773 = *Elegiarum liber* ib. Varia quoque opuscula edidit lingua germanica = Prelo paratai habebat, cum ingenii sui poemata, tum aliorum Poe-

tarum diversis 7 linguis poematum interpretationes, et imitationes carmine reor germanico = Absolutam etiam habet dissertationem de mentis, ingeniique limitibus in condendis poematibus. Vide *Austriam doctam*.

Reggio Franciscus e Patritia familia Genuensi n. 25 Ap. 1743, Soc. ac. in Provinc. Mediolanensi 25 Maii 1758. In Collegio Genuensi an. 1772 Theologiam addiscebat in annum tertium. Extincta Societate in disciplinis Mathematicis, quas iam ante non primoribus labris, sed ore pleno gustaverat, impense complectendis mentem omnem ita posuit, ut anno 1776 iussu Regio Caesareo Ticinum venerit, Ticini, et Cremonae latitudinem, et longitudinem geographicam determinaturus, parique ratione differentiam inter Meridianum Cremonensem, et Ticinensem ad Mediolanensem comparatos. Plures Academiae, in his Taurinensis, et Mantuana Reggium sibi socium amarunt. Obiit vir egregie laboriosus Mediolani IV. Id. Octob. 1804. Opera = *Dell'anello di Saturno, e delle sue differenti apparenze principalmente negli anni* 1773, e 1774 in 8: extat in *efemeridi astronomiche per l'anno* 1775: auc. Angelo de Cesaris = *Conjunctio Saturni cum* γ (gamma) *Virginis an.* 1775 *determinata*: extat in *Ephemerides astronomicae anni intercalaris* 1776; auctore Angelo de Cesaris = *De veris Solis et Lunae diametris in calculo Solis et syderum eclypsium adhibendis Disertatio*: ibid. = *Appendix*: *extat* ibid. an. 1777 = *Appendix*: extat in *Ephemerides astronomicae etc.* ann. 1778 auctore Angelo de Cesaris = *Appendix*: extat in *Ephemerides astronomicae anni* 1779 *etc.* auctore Angelo de Cesaris = *De maxima phasi annuli Saturni exeunte anno* 1780; etiam *Supputatio observationum Eclipsis Solis die* 24 *Jun.* 1778: extant in *Ephemerides astronomicae anni intercalaris* 1780 auctore Angelo de Cesaris = *Observationes occultationum syderum sub discum Lunae annis* 1778, et 1779: extat in *Ephemerides astronomicae ann.* 1781; auctore Angelo de Cesaris = *Elementa orbitae Cometae observati Mediolani an.* 1779: extant in *Ephemerides astronomicae an.* 1782 auctore Angelo de Cesaris = *De machinis speculae astronomicae Mediolanensis commentarius*: extat in laudatis Ephemeridibus anni 1781 = *Observationes metereologicae anno* 1779 *habitae in Specula Astronomica Mediolanensi*: extant in laudatis Ephemeridibus astronomicis anni 1782 = *De latitudine Speculae astronomicae Mediolanensi commentarius*: extat in dictis ephemeridibus ad an. 1783: sicuti etiam *observationes oppositionis Jovis cum Sole anni* 1780: *Saturni cum Sole anni* 1780 *Saturni cum Sole anni* 1781; atque etiam *Observationes Veneris prope maximam ejus digressionem a Sole anni* 1780: item: *Observationes Mercurii circa ejus maximam digressionem a Sole an.* 1781; at denique *Observationes Metereologicae an.* 1780 = *Observationes novi Planetae*: extant in Ephemeridibus ad annum 1784, sicuti *observationes metereologicae anno* 1781 = *Supputatio obliquitatis Eclipticae*: extat in Ephemeridis astronomicis anni 1785; sicuti etiam *de altitudine media barometri, et thermometri Opusculum*; *et Observationes Planetarum ann.* 1782, *et* 1783; ac denique *Observationes metereologicae anni* 1782 = *Aequinoctia Verna Mediolani observata ad ann.* 1773 *ad ann.* 1783; extant in ephemeridibus astronomicis ad an. 1786 simul cum his duobus opusculis *De refractione media astronomica pro altitudine poli*; *et Observationes metereologicae anni* 1783 = *De motu medio Saturni, et Jovis* extat in Ephemeridis astronomicis ann. 1787 cum his septem opusculis *Oppositio novi Planetae an.* 1783: *Oppositio Saturni an.* 1785: *Occultatio* ♦ (Phy) *Sagittarii post discum Lunae* 22 *Junii* 1785: *Obliquitas eclipticae observata an* 1783, 1784, et 1785, et *Observationes metereologicae* = *Observatio transitus Mercurii sub Solem ann.* 1786: extat in *Ephemeridis astronomicis anni* 1788 simul cum his 4 opusculis *Observationes Mercurii prope maximam digressionem mensis Au-*

gusti an. 1786 : *Observationes Mercurii prope maximam digressionem mensis Januarii ann.* 1787 : *Observationes Mercurii prope maximam digressionem mensis Julii an.* 1786 : et *Observationes metereologicae an.* 1785 : = *Obliquitas eclipticae observata ann.* 1786 *tempore solstitii aestivi* ; extat in *Ephemerides Astronomicae an.* 1789 una cum his 4 : *Oppositio Saturni an.* 1786 : *Observatio oppositionis Urani cum Sole* : *Æquinoctia observata annis* 1785, *et* 1786 : *et Observationes metereologiche* = *Distantiae apparentes a vertice limbi superioris solis culminantis ab anno* 1783 *ad finem an.* 1788 : extant in *Ephemerides astronomicae ann.* 1790 una cum quatuor his opusculis : *Observatio Eclipsis totalis Lunae die* 3 *Januarii an.* 1787 : *Æquinoctium vernum*, *et autumnale an.* 1788 : *Obliquitas eclipticae observata ann.* 1789 *tempore solstitii aestivi* : *et observationes metereologicae* = *Observationes Planetarum habitae annis* 1788 , *et* 1789 : extat in *Ephemerides astronomicae anni* 1791 simul et *Ephemerides metereologicae* = *Observationes astronomicae habitae anni* 1790 , *et* 1791 : ait initio sibi et sociis demandatam fuisse totius Insubriae Austriacae geometricam descriptionem , quae juris publici fiet : *et ephemerides metereologicae*; quae duo extant in *Ephemerides astronomicae anni* 1792 = *Observationes astronomicae habitae anni* 1791 , *et* 1792 : extant in *Ephemerides astronomicae an.* 1793 : una cum *Observationibus metereologicis* = *De mensione basis habita anno* 1788 *ab astronomis Mediolanensibus Commentarium* extat in *Ephemerid. astronomicae anni* 1794 , una cum *Observationibus astronomicis habitis ann.* 1792 , *et* 1793 , et cum *Ephemeridibus metereologicis* = *Observationes astronomicae* una cum *observationibus metereologicis* extant in *Ephemerides astronomicae an.* 1795 = *De positione geographica templi maximi Mediolanensis*. Extat in *Ephemerides astronomicae an.* 1796 , una cum *observationibus astronomicis* , *et metereologicis* = *tabula nonagesimi etc.* extat in *Ephemerides astronomicae* 1797 una cum *observationibus Urani anno* 1796 , et *observationibus metereologicis* . = *Observationes astronomicae etc.* et *observationes metereologicae* extant in *Ephemerides astronomicae an.* 1798 = *Observationes astronomicae* ; et *metereologicae et de altitudinibus thermometri observatis Mediolani ab anno* 1763 *ad* 1798 : extant in *Ephemerides astronomicae anni* 1799 = *Catalogus stellarum Mediolani visibilium ad initium anni* 1800 una cum *observationibus metereologicis* extat in *Ephemerides astronomicae anni* 1800 = *Distantiae a vertice limbi superioris Solis observatae ab an.* 1794 ad 1798 *completum cum continuatione catalogi Stellarum* extant in *Ephemerides astronomicae anni* 1801 = *Catalogus stellarum* (est continuatio primi catalogi) una cum *Observationibus metereologicis* , *et alia* extat in *Ephemerides astronomicae anni* 1802 = *Oppositioni di* 3 *pianeti superiori Giove Saturno* , *Urano etc.* extant in *Ephemerides astronomicae an.* 1803 , simul cum *Observazioni dei Pianeti Cerere* , *e Pallade* = *Osservazioni metereologiche* extant in *Effemeridi astronomiche an.* 1805 = *Osservazioni meterologiche etc.* extant in *effemeridi astronomiche* 1807 *Lettera* ... *al Sig. N. N. a Parigi* : extat in *Progressi* ... *Giornale letterario etc. Alli confini d'Italia* 1783 . Solvuntur objectione Cl. Pauli Frisi contra latitudinem speculae astronomicae Mediolanensis a Reggio definitam . Cum me videas operum titulos fere numquam , neque declinando , mutare non mireris me saepe dixisse *extat in Ephemerides* , loco extat in opere inscripto *Ephemerides*; quod in re suapte fastidiosa fastidium augeret .

Regis Josephus Carolus natus Istres nobili Provinciae oppido 19 Martii 1718 Soc. ac. in Provincia Lugd. 16 aetatis anno . Massiliae eloquentiam cum opinione docuit . Obiit in Patria 12 Martii 1777 . Opera = *Le Lazare* , tragoedia = *Le Venance* Tragoedia = *Hercule* tragoedia = *Le testament de l' Avare* , comoedia = *Les Fetes Marseilloises* drama; et alia plura : ex tomo IV. *Dictionnaire de la Provence etc.* 1787 ; in quo sermo

fit de quadam excavatione jussu nostri Regis facta haud exigua suae in historia naturali peritia. Dicitur ibi etiam Caroli Josephi Patruum, fuisse Jesuitam Joannem Baptistam Regis Missionariorum Sinensem, charum in primis Imperatori Cambhi, cujus jussu multas chartas geographicas illius imperii delineavit.

* Regoli Joannes = *Teologia naturale di Raimondo Sebunde ... traduzione libera* tomis V: tomus primus Faventiae 1789 per Marianum Paganelli: tomus secundus ibid. 1790: tom. tertius Cesenae 1791 per Haeredes Biasini: tomus quartus ibid. 1792: tom. quintus ibid. 1793.

Regonò Antonius Josephus (nomen Josephus ommittitur in Catalogis Venetis) Venetiis n. 27 Julii 1734, Soc. ac. in Prov. Veneta 12 Oct. 1751, v. 4 nunc. 2 Feb. 1769. Logicam, ac Metaphysicam an. 1767 magna subtilis ingenii fama in Collegio Mantuano profitebatur. Optimi Sardiniae Regis morem voluntati gerens in Sardiniam navigavit, litterarum studia inibi fere obsoleta cum aliis octo, aut decem Jesuitis ab eodem sapientissimo Rege postulatis, ad maximum splendorem excitaturus. Ideo noster Philosophiam in Regia Universitate Sassaritana publicus Regius Professor tradidit. Artium, ac Theologiae quoque in Academia Regia Caralitana Doctorum Collegio fuit adscriptus. Neapoli, Societate restituta, Domo a Jesu appellatae praefuit. Nunc (1816) degit in Romana Professorum domo. Opera = *Alla Sacra Vergine Tommasa Chiappè etc.* Taurini ex typographia Regia 1782. Laudatam virginem alloquitur, dum votis illa religiosis Deo se dicat = *Libertatis humanae Theoria, sive Homo necessario liber demonstratus, cum duabus appendicibus, de hominis anima, et scientia Dei*. Vercellis 1788: ex Typhographeo Patrio in 8. Auctorem in hoc opere subtilem Philosophum, ac eximium Theologum, et in Patrum lectione, maxime D. Thomae versatissimum facile videris. Quem vero successum sibi auguretur Auctor de suo ingenti, et ingenioso conatu sectas conciliandi adeo secum pugnantes in Divina scientia exponenda, prorsus ignoro = *Rimostranze amichevoli etc.* Venetiis 1791 apud Dominicum Fracasso in 8. Opusculo isto oppugnatur robuste tractatus de charitate auctore Bolgenio = *Regole sicure per qualunque saggia elezione tratte dagli esercizj di S. Ignazio con dichiarazioni e note* (Norma certa cujusvis vitae rationis eligendae eruta ex D. Ignatii exercitationibus) Neapoli 1805 apud Salvatorem Troise in 12: Est editio secunda magis aucta, et correcta; in cujus fine allocutio extat illa paulo ante laudata = *Atto di Fede, e soda istruzione di un vero Cristiano*. Neapoli apud Salvatorem Troise. Praecessit editio Parmensis apud Carmignani.

Reiss Joa. Evangelista Dilingae n. 25 Dec. 1732, Soc. ac. in Prov. Germ. Sup. 13 Sep. 1750, v. 4 n. 2 Februar. 1768. In Collegio Augustano an. 1773 Rhetoricam tradebat in annum octavum. Obiit 16 Jan. 1784. Op. = *Institutiones oratoriae ad usum Tironum Rhetorum accomodatae*, Augustae 1778 in 8. Ita lego in *Catalogue des livres latins, et grecs ... chez B. Cormon, et Blanc*.

* Requeno Vincentio Gusta tribuit. *Il Tamburo ridotto in armonia*. Quod ego noverim testis, illud est Requenium omnes fuisse vias persecutum tympano harmonice tundendo.

Reuss Georgius ex Provincia ad Rhenum Superiorem, qui degebat Romae 1766 Assistentiae Germaniae Substitutus, ut vocant. Opera. = *Elementa Arithmeticae in usum Scholarum*. Bambergae 1758. Ex catalogo librorum Remondini 1778.

* Reyre N. N. = *Mentore de Fanciulli e de' Giovanetti ossia massime etc.* Venetiis 1813 in 8: ex Catalogo Bibliopolae Antonii Fortunati Stella. Mediolani 1816. Interpretem nequaquam novi.

Rezzonico Aurelius Maria, Clarissima familia Comi n. 16 Sep. 1723, Soc. ac. in Prov. Mediolanensi 18 Jun. 1740, v. 4 nun. 15 Aug. 1757. Concionato-

rem agebat an. 1772 in Mediolanensi Probationis domo, quo munere alibi etiam plures annos fuerat egregie per functus, et in Urbe quoque vocatus ab ejusdem consanguineo Clemente XIII. Papa. Seminarium Romanum prudentissime rexit. Extincta Societate ornatus fuit Canonicatu Poenitentiariae in patria, ubi pie obiit versus 1777. Opera = *Orazione nell' anniversaria solennità celebratasi in Cremona l'anno* 1764 *per implorare da Maria Vergine la continuazione della prosperità de' successi agli Augustissimi Austriaci Monarchi*. Mediolani typis Jos. Marelli in fol. = *Orazione panegirica in lode di S. Caterina V. e M.* Venetiis 1762 = *Orazione sacra detta nella Sala della Ser. Repubblica di Lucca nel Sabato precedente alla 3 Domenica di quaresima l'anno* 1769. Lucae 1769 per Philip. Mariam Benedini in 4.

Ricci Laurentius nobili loco Florentiae n. 2 Aug. 1703, Soc. ac. in Prov. Romana 16 Dec. 1718, v. 4 n. 15 Aug. 1736. Rhetoricam, et Philosophiam docuit Senis et Romae, haud exigua ingenii, et eruditionis laude, qua etiam floruit in docenda Theologia in Collegio Romano, ubi nostros Juvenes in rebus Asceticis postea moderatus fuit. Arcadia Romana eum sibi Socium adscripsit, imposito nomine *Leocritus*. A Provincia Romana electus est, qui Congregationi Generali interesset in qua Aloysius Centurioni Praepositus Generalis fuit renuntiatus; a quo Riccius creatus fuit Secretarius Societatis. Centurione vivis erepto Riccius fuit in ejus locum suffectus 21 Maii 1758. Obiit Riccius in arce S. Angeli, 24 Nov. 1775, et ejus Cadaver elatum fuit ad aedes S. Joannis Bap. Nationis Florentinae: ubi eidem haud sine honore jussu Pii VI. exequiae, quibus ego affui, celebratae sunt, et ejusdem diei nocte appetente deportatum fuit cadaver ad domum Professorum Iesu, ibique sepultum, ut suae ultimae voluntati fieret satis. Opera = *Epistola* ad universam Societatem data 7 Octob. 1758 pro novendialibus obsequiis praestandis Deiparae sine labe conceptae ad ejusdem opem impetrandam, et incipit: *Etsi post fusas ad Deum etc.* = *Alia subscripta* 8 Dec. 1759 de Societatis calamitatibus; incipit.: *Anno praeterito fusis in communi precibus etc.* = *Alia ejusdem argumenti*, data 30 Nov. 1762 et incipit; *In tot. tantisque calamitatibus etc.* = *Alia* data 10 Decem. 1768 ejusdem argumenti, et incipit: *Etsi ad ferventem in orationibus perseverantiam*. In omnibus praeter stili elegantiam elucet viri pietas et animi modestia. In erudita Ephemeride Cristophori Gottlieb von Murr. nonnulla extant Riccii brevissima opuscula = *Encyclica Praepositi Gen. Ignatiorum ad Fratres Ignatianos de fato Societatis etc.* an. 1771 in 8 tacito loco. Conficta fuit nomine Ricci haec putidissima epistota, cui adjunctae sunt in fine notae ejusdem furfuris, auctore nescio quo stultissimo capite.

Richtenburg Joachimus nobili genere Briegii in Silesia n. 11 vel 16 Octob. 1737, Soc. ac. in Prov. Austriae 18 Oct. 1754. Linguarum erat latinae, germanicae, gallicae, italicae, graecae, et hebraice peritus. Rhetorica, Logica, Physica, et Arithmetica traditis, Concionatorem agebat an. 1773 in Collegio Regio Theresiano. Opera = *Bougueri Optica ex gallico traducta*. Viennae 1762 in 4 typis Joan. Thomae Trattner. Dicatur Mariae Theresiae Augustae = Ludovici Bourdalue considerationes de variis materiis Religionis, et morum ex gallico in Germanicum sermonem convertit. Augustae 1773, tribus partibus in 8 = Convertit etiam germanice conciones omnes gallicas Episcopi Bonx (est ne error pro Bossuet?) part. duabus 1770 in 8 = item sermones gallicos de la Roche (est fortasse error pro de la Rue) tom. II. Augustae 1775 in 8 = *Element Predigens* (Elementa concionatoria) Augustae 1776 in 8. Vivebat an. 1778, incumbens edendis in lucem exhortationibus asceticis, quas ad nobi-

lem Juventutem habuerat. Ex *Austria docta*.

Ridolfi Christophorus n. 20 Julii 1732 Soc. ac. in Prov. Veneta 14 Oct. 1748, v. 4 n. 2 Feb. 1766. In Probationis domo Bononiensi exeunte anno 1772 Magister et Superior erat nostrorum Juniorum Rhetorum. Extincta Societate Venetias se contulit, ubi egregium Musaeum historiae naturalis collegit, teste Clar. Astronomo La Lande. (Voyage ex Italie: tom. VII.) Gusta conscribit Ridolfium Venetiis obiisse an. 1802. Op. = *Canzoni scelte di Anacreonte con tre pezzi dell'Iliade d'Omero, il tutto nuovamente tradotto dall'originale testo greco* 1773 = *L' Iliade d' Omero nuovamente tradotta dall'originale Greco in versi sciolti, e la Batracomiomachia in Ottave*. Venetiis apud Petrum Savioni 1776 in 8 tom. II. quos Bernardino Renier Patricio Veneto, dicat = *Poesie sacre colla traduzione dei treni di Geremia etc.* Venetiis 1778.

Rieffel Josephus ex Provincia ad Rhenum Superiorem, in cujus Herbipolensi Collegio, Professor erat Poetices ac Rhetorices an. 1766. Opera = *Rhetorica exemplis figurarum, periodorum, Chriarum antiquis, et novis illustrata*: tomi IV. in 8 Virceburgi typis Stahelianis 1765 in 8. Ediderat antea Opuscula et de re grammatica, et de stylo epistolari.

* Ries Daniel Christophorus = *Epitome Philologiae Critices, et Hermeneutices Sacrae specialis*. Maguntiae ex typographia Electorali 1789. In hac Epitome Daniel se dicit Theologiae Doctorem, Sacrae Facultatis Adsessorem, Ecclesiae Collegiatae B. M. V. in monte Francofurti Canonicum Capitularem = *In Chrestomathiae biblicae* prologo primo Supplemento laudatae pollicetur Auctor *Lexicon polyglottum* = *Institutiones hebraicae Academicis praelectionibus, ac domesticis usibus adaptatae*. Moguntiae 1787 apud J. J. Alef. Sic restituenda est hujus operis inscriptio, quam in primo Supplemento ex B. Cormon desumpsi.

Rocha Felix, Lusitanus illustris Astronomus, qui demortuo Augustino Hallerstein ab Imperatore Sinensi renuntiatus fuit Praeses Tribunalis Matheseon Pekinensis. Rocham puto in vivis fuisse anno 1777. Vide supra *Espinha Josephum*. Vidi etiam tomos secundum, et sextum operis *Memoires concernant l'histoire .... des Chinois*.

* Rodriguez de Mello Josepho Gusta tribuit *Poema Natalizio* latine, ac. lusitanice in ortu Filii N. Meneses legati Lusitani ad Rom. Pontificem.

Roys Fran. Xaverius, Hungarus, Neosolii n. 23 Sept. 1713, Soc. ac. in Prov. Austriae 15 Oct. 1728, v. 4 n. 2 Februarii 1747. Poesim, Philosophiam, Ethicam, et Theologiam docuit. Anno 1764 degebat Viennae; sed iam non erat in vivis 1770. Op. = *Ethica, et jus Naturae*. Viennae typis Joannis Thomae Trattner 1755 in 8. Hac super re, ob styli nitorem, et in ferendis sententiis judicium merito Roysius in Auctorum, numerum quos Classicos vocant, refertur.

Rossignoli (melius Rossignol) Joan. Josephus Ebreduni (Embrun) n. 3 Jul. 1726, Soc. ac. in Prov. ni fallor Lugdunensi, ad quam Ebredunum pertinet; 16 Sep. 1742, v. 4 nun. 15 Aug. 1759. Post direptionem Jesuitarum Gallicam in Italiam se recepit, et anno 1772 Philosophiam ac Mathesim docebat in Mediolanensi Nobilium Collegio. Opera = *Theses generales de Theologie, de Philosophie, et de Mathematique, de Physique, d'Astronomie, et d'Histoire naturelle*. 1769: ex *la France litteraire*. Parisiis 1769. Exploratum habeo Rossignolem opuscula de iisdem disciplinis in Italia vulgavisse.

Ruano Franciscus, Cordubae n. 6 Feb. 1704, Soc. ac. in Prov. Boetica 24 Jun. 1723, v. 4 n. 15 Aug. 1740. Antiquitatum diligentissimus investigator, plurima ad patriam historiam tam sacram quam prophanam, excusserat e tenebris, et suis animadversionibus illustraverat. Non semel, et ab Augustiniano Florez et a nostris Bollandianis consultus eorum

dubia dissolvit magna cruditione. Afflicta valetudine remansit Cordubae immunis Sociorum exilio, quod morte commutavit eodem ann. 1767. Opera = *Historia general de Cordova*. Tom. I. in fol. Cordubae 1764, quem alii erant consecuturi, omnino jam absoluti; iu quibus non dc Cordubac modo, sed etiam de universae Boeticae antiqnitatibus accuratissime disserit = *Casa de Cabrera en Cordoba: obra genealogica*. Cordubae per Joannem Rodriguez 1779 in fol. sine Auctoris nomine, qui in monito ad Lectorem ait se hoc opus absolvisse prima die Feb. 1756.

* Rubbi Andreas Venetus (arcadico nomine Florideno Acrocorinto) = *Epistolario, ossia scelta di lettere inedite ... di donne ed uomini celebri morti, o viventi nel secolo* 18, tom. II. in 4 Venetiis 1795 - 1796 ex catal. libr. Remondini an. 1804 = In eximia Catulli, Tibulli, et Propertii interpretatione italica suasionibus Nostro Rubbi perfecta ab Augustino Peruzzi, et edita Anconae apud Nicolaum Baluffi an. 1806, cxtant Rubbi breves epistolae ad Amicos, breves narrationes de vita, ac praestantia horum trium poetarum, nonnullaque brevissima carmina in eorum laudem, quorum illud dc Catullo venustum sane, ita subscribitur *Andrea Rubbi Bello*. (fortasse pro *Belle*) *Letter. c. I. st. XXVII*: quo suspicor indicari aliud ejus opus poeticum inscriptum *Belle Lettere* (capo primo stanzia 27) = *Ugolino Conte de' Gerardeschi Tragedia*: argumento desumpto ex divino Dantis Alighieri loco: extat in *teatro italiano del secolo* 18: Vol. quinto Florentiae per Cajetanum Cambiagi 1784 iu 8: tacito Auctoris nomine, de quo me docuit eruditissimus Pater Aloysius Rezzi S. J. Consultor Congregationis Indicis = *Rodi presa Tragedia* (Rhodus expugnata). Venetiis 1773 apud Aloysium Milocco in 8; quae acta fuit in Convictu Brixiensi Nobilium S. Antonii = *Elogio del Conte Baltasare Castiglione*. Venetiis 1780. Vide *Avetani* = *Dissertazione cronologico-istorico-Critica sopra il Sepolcro d'Isaccio, Esarca di Ravenna*. Venet. 1781: quod sepulcrum Rubbius indicat non Gothicae, sed architecturae Romanae opus esse, et edidit ni fallor sumpto nomine *Lovillet*. In Anthologia Romana tomo XI. pag. 350 extat Epistola Rubbii ad Ephemeridistas Romanos, ubi ait sua XII. volumina *Elogiorum Italorum* (italice) iam esse perfecta, et conqueritur de Domino Compagnoni Auctore Memoriarum Encyclopedicarum Bononiensium, et dcfendit Equitem Hippolytum Pindemonti egregium Poetam. = *La Vainiglia Poemetto latino del P. Andrea Rubbi recato in verso Toscano*. Venetiis 1815 per Pinelli. Hisce met verbis eruditissimus Franciscus Cancellieri me epistolio misso edocuit de hoc poematio latino dc Vainiglia, seu si mavis, siliqua chocolatea Gusta tribuit *Dialogo tra gli Ab. Andres, Arteaga, e Rubbi*.

* Ruggia Hieronymo Gusta tribuit: *Il Figliuol Prodigo Drama*. Parmae.

Rulfo Georgius Maria n. 22 Feb. 1713, Soc. ac. in Provin. Mediolenensi 11 Nov. 1729, v. 4 nunc. 15 Aug. 1746. Per annos continenter 30 usque ad Societatis extinctionem conciones Taurini habuit pro Christiana, piaque morte obtinenda magno plausu, neque minore auscultorum fructu. Opera = *Discorsi sacri, et morali, per l'esercizio della buona morte* tomi V. Taurini 1783 et 1784 ex typographia haeredum typographi Avondo in 8. Omnes Oratoris Sacri partes cumulatissime implet docendo, delectando, et movendo.

Rzepnicki Franciscus, n. 10 Septemb. 1710, Soc. ac. in Prov. Poloniae Majoris 2 Sep. 1725, v. 4 n. 2 Feb. 1744. Curabat negotia Professorum domus an. 1769. Opera. = *Vitae Praesulum Poloniae omnium a prima constitutione Dioecesium in Polonia, et Provinciis eidem annexit*. Liber primus Posnaniae 1761, secundus 1762, tertius 1763 in 8. = *Historia Przesladowania Wiary etc.* (est versio polona historiae latinae Josephi Juventii, de acerbissimis vexationibus a Christia-

nis in Japponia toleratis, quam affert in Historia generalis S. J.) Posuaniae typis S. J. 1763 in 8.

S

Sainovics Joannes Ungarus nobili genere Tordasini (Tordasch) in Comitatu Albensi n. 12 Maii 1733, Soc. ac. in Provin. Austriae 15 Oct. 1748, v. 4 nunc. 15 Aug. 1766. Traditis humanioribus litteris Socius, et Adjutor fuit datus Praefecto Speculae Astronomicae Tyrnaviensis, deinceps Summo Astronomo Maximiliano Hell Praefecturam Speculae Viennensis obeunti: cum eodem Hellio observavit in Dania transitum Veneris per discum Solarem. Anno 1773 mathesin docebat in Collegio Budensi. Extincta Societate J. litterariae Societates Hafniae, et Nidrosiae (Drontheim) quae fuit Noruegiae olim princeps, Joannem sibi Socium expetiverunt. Op. = *Demonstratio Idioma Hungaricum, et Laponum idem esse*, Hafniae (Coppenhaguen) 1770 in 4: iterum ibidem 1771. De rebus philosophicis nonnihil videtur scripsisse. Vide Josephi Benko tom. secundum *Milkovia*, et Stephani Katona *historiae pragmaticae* partem secundam.

San Estevan Xaverius ex Illustrissima Hispaniae familia, dum annos tantum aetatis 22 haberet; nescio quo nomine Galliam ingressus renuntiatus est Agens, seu Procurator negotiorum Cleri Gallicani, sed posthabitis commodis, et mundi honoribus, Societatem amplectitur, in qua tum eruditionis, tum virtutis haud pauca documenta dedit. Animarum ad Christi fidem adducendarum inflammatus ardore, in Indiam Orientalem transmisit: ubi fuit Missionum omnium Superior Generalis. Opera. = *Epistola ad* Comitem ... data 1754. Extat in opere *Lettres edifi.* Collec. seu parte 29 (Epistolae in virtutum exemplum) = *Alia ad Comitem* ... data 1755. Ibid. parte 30. Judico nostrum Xaverium in vivis fuisse anno 1773. In Catalogo Provinciae Franciae anni exeuntis 1751 lego Joannem Ludovicum Xaverium de Saint Estevan in Seminario Joyosaeo Rothomagensi praefectum Sodalitatis scholarum. Animadvertendum est hanc Colectionem seu partem 29, cum reliquis aliis 30, 31, 32 editam fuisse post destructam in Gallia Societatem. Nescio quis editor fuerit quatuor harum collectionum, seu partium. Pars 29, et 30 editae fuerunt Parisiis 1773 apud Rusult. Pars 31, et 32 editae fuerunt ibid. 1774 apud de Hansy.

Sanvitali Fridericus perillustri familia Parmae n. 19 Maii 1704, Soc. ac. in Prov. Veneta 20 Oct. 1727, v. 4 nunc. 2 Feb. 1738. Mathematicam pluribus annis tradidit in qua plurimum valebat; neque minus in Oratoria, poetica, et Theologia. Obiit in Collegio Brixiensi S. Mariae Gratiarum 8 Dec. 1761. Opera = *Arithmeticae elementa explicata, et demonstrata in usum Adolescentium*. Brixiae 1750 in 8. Ex catalogo librorum Remondini an. 1778 = *Compendiaria Arithmeticae, et Geometriae elementa*: Ibid. 1756 typis Jacobi Turlini in 8 = *Elementi d'Architettura civile*. Ibid. 1765 in 4. Ex catal. librorum Remondini ann. 1778 = *Compendio della Storia Sacra, ed Ecclesiastica etc.* tomus primus Brixiae 1761 typis Petri Pianta in 8. Est versio ex gallico nostri Du Chesne, et est pars ejusdem Du Chesni operis inscripti *La Science de la Jeune Noblesse*, tres tomos complectentis. Ipse Du Chesne Compendium edidit Historiae antiquae, quod etiam conversum fuit italice, et editum Venetiis 1755 = *Dissertazione sopra il passaggio degli uccelli*: extat in opere inscripto *Dissertazioni istoriche, scientifiche ed erudite da diversi autori in Brescia etc.* Brixiae apud Joann. Mariam Rizzardi 1765 tomo primo in 4 = *Dissertazione sopra la maniera di insegnare a parlare a coloro, che essendo nati sordi, sono ancora muti etc.* ibid. sed tomo secundo = *Lettera ... a S. Ec. il Signor Marco Cornaro* ... extat in tomo sesto Historiae litterariae Italiae: agit de numerorum natura. His addit Carrara *Orazione fune-*

bre per la morte ... il Cardinale ... Querini. Brixiae 1755 = Reddidit quoque latinas tres italicas Card. Querini Epistolas ad Andream Quirinum: ibidem 1753 = Finem quoque imposuit imperfectis Quirini laboribus de Epistolis Reginaldi Poli = Continuationem quoque absolvit Commentariorum ejusdemCard. Querini. Philander Cretensis (Antonius Cerati) Auctor operis elegantissimi *I Sanvitali, Prosa, e versi di Philandro Cretense* (Parmae typis Regiis 1787) nos docet Aloysium Sanvitali Friderici genitorem filii vestigia prementem, Societatem vita functa Constantia Avogadro ejusdem uxore, fuisse amplexum, in qua obiit an. 1753.

Savi Petrus n. 4 Sep. 1721, Soc. ac. in Provin. Mediolanensi 13 Jul. 1737, v. 4 nun. 2 Feb. 1755. Post Societatis extinctionem remansit Taurini,in cujus Regio Collegio Nobilium anno 1772 rerum spiritualium Praefectum, et alia munera obierat. Opera = *Fatti di armi di Eugenio in Ungheria* Mediolani 1753 apud Josephum Marell. Vide supra *Ferrari Guido = Fatti d'arme di Eugenio in Italia etc.* Mediolani 1754 in 12 typis Bibliothecae Ambrosianae. Claris. Astronomus De la Lande in primo tomo suae peregrinationis per Italiam (Voyage en Italiae etc.) Genevae 1790, tribuit etiam Savio pag. 202 opera poetica: eadem pag. laudat Rovero (Emmanuelem) Mathematicum haud exiguae famae. An aliquid Rovero typis ediderit, me latet. Novi tantum illum fuisse natum 13 Dec. 1719, Soc. ingressum in Prov. Mediolanensi 5 Ap. 1735, v. 4 nuncup. 2 Feb. 1753, et in Collegio Taurinensi an. 1772 Confessionibus excipiendis operam dare. = *Bellum Catilinorium* Sallustii eleganti sermone Etrusco convertit; atq. edidit Augustae Taurinorum 1763. Ex lib. 6. Electric. nostri Parthenii in subjecta adnotatione.

Savoy Casparus Altarippensis Tyrolensis n. 13 Oct. 1730, Soc. ac. in Prov. Germaniae Super. 12 Oct. 1747 *v.* 4 n. 2 Februar. 1765. Poetica tradita, in Collegio Tridentino plures annos Philosophiam usque ad Societatis extinctionem docuit. E vita cessit 2 Dec. 1785. Opera = *Dissertatio philosophica de Planeticolis*. Trident. 1770 ex typographia Episcopali Monauniana in 4: multa eruditione, atq. styli amoenitate nititur ille probare incolas esse in planetis.

Sautier Henricus in Friburgo Brisgoico Collegio Provinciae Germaniae Superioris Theologiae addiscendae anno 1772 operam dabat in tertium annum, ut liquet ex Catalogo ejusdem Provinciae an. 1772 in annum 1773. Aqua mihi haeret, dum in ejusdem Provinciae Catalogis an. 1771, et 1770, et 1769 Henricum Sautier non reperio. Ex alia Provincia fortasse Galliae in Germaniam se transtulit? Poeticam in dicto Collegio Fribur.Bris. extincta iam, ut reor, Societate explicavit; et edidit Basileae anno 1789 sermone germanico artem poeticam ad regulas Horatii, quam nunc italice interpretatur Cl. Philippus Solari: ex anonymo Lauretano, quem consuluit Cl. Titus Cicconi e S. J.

Scardua Bartholomaeus Venetiis n. 20 Sep. 1733, Soc. ac. in Prov. Veneta 12 Oct. 1750, v. 4 nunc. 2 Feb. 1767. Traditis antea humanitatibus, et Logica concionabatur an. 1772 exeunte in Collegio S. Luciae Bononiensi. Op. = *Lezioni di Metafisica, ossia di Religion naturale sopra l'esser divino contro gli errori de' moderni increduli*. Tom. II. in 4. Venetiis 1776 apud Dominicum Pompeati. Dicat Auctor opus Comiti Joanni Widmann litteris, ac muneribus administratis clarissimo. In satis apta, prudentique praefatione pollicetur Auctor se adjuvante Deo, reliquas Metaphysicae partes persecuturum; professorem fuisse aitMetaphysicae(post extinctionem Societatis sic explico) in quadam ex cultioribus Italiae urbe: denique se splendissimis Adolescentibus Mathaeo, et Alvise (Ludovico) Zambelli religione, ac bonis artibus imbuendis operam navare. Tomum secundum Scardua nobilitavit egregia appendice de-

sumpta ex doctissimo Niewentif qua invicte ostendit corporum ressurrectionem a Deo fieri posse. Appendicem excipit eximius sermo de necessitate, ac veritate Religionis revelatae = *Saggio d' istruzioni Aristocratiche diviso in tre libri* Venetiis 1785; ex Josepho Cernitori in opere: *Della letteraria e cristiana istituzione etc.* Scarduae Gusta tribuit *Riflessioni di un Filosofo all' autore de' principj universali per un piano di costituzione democratica etc.* Ferrarie 1797 et eum ait ab Archiepiscopo Ferrariensi suo Archiepiscopali Seminario fuisse praefectum.

Schaal N. N. In Catalogo edito Provinciae ad Rhenum Superior. an. 1753 in an. 1754 duos lego Scolasticos hujusmodi cognomento, Josephum nempe, et Ignatium; hic in Collegio Selestadiensi profitebatur Grammaticam; ille in Collegio Hagenoensi grammaticam quoque tradebat, et Praefectus erat Chori Musici. Uterque anno 1765 extra Provinciam in Alsatia degebat. Ignatium puto eum esse, qui Mathesim docuit in Collegio Molsheimensi, et qui luci dedit problemata Algebrae, qua plurimum valebat. Ita Cl. Anonymus Lauretanus consultus a C. Tito Cicconi.

Schaver Aloisius, Goritiae n. 21 Junii 1738, Soc. accessit in Provin. Austriae 17 Oct. 1756. Mathematicam docuit. In Collegio Regio Theresiano an. 1773 linguam Italicam profitebatur. Op. = *Italianische Sprachlehre zum Gebrauch der adelichen Jugend* (Grammatica Italica ad usum nobilis juventutis) Viennae 1772 in 8; quae anno 1777 edita quoque fuit cum additamentis = *Betrachtungen Ludwigs de Ponto zum gebrauche etc.* (Meditationes Ludovici de *Ponte* ad usum Caesarum Apostolic. etc.) Viennae 1773 tomi III. = *Praktische Geometrie* (Geometria practica) Viennae 1776. Operam dabat anno 1778 Lexico Italico Germanico perficiendo etc. Vide *Austria docta*.

* Schmidt Antonio eruditissimus Bartholomaeus Münch Canonicus Regularis suam Psalmorum dilucidationem dicavit.

* Schoenwisner Stephanus = *Itineris Taurino ad leg. 30, et commentarii geographici pars secunda ... Accedunt lapides litterati Pannoniae Romanae ... cum explicatione, et animadversionibus etc.* Budae typis Regiae Universitatis 1781 in 8. In fine extat Παρεργον in quo parum profecto leniter se defendit a censuris Stephani Salagii. = *Notitia Hungaricae rei Numariae* cum figuris 1801. Editor fuit praeclari operis posthumi Georgii Pray de *Sigillis Regum etc.* quod erudita praefatione decoravit. Stephanus fuit ortu Eperjesniensis.

Schunck Ignatius Straubingae n. 19 Maii 1719, Soc. ac. in Prov. Germaniae Sup. 20 Sep. 1737, v. 4 n. 2 Feb. 1755. Poesim, Rhetoricam, Philosophiam, ac Theologiam docuit. In Collegio Ambergensi Provinciae Bavariae degebat an. 1773. Opera. = *Controversiae generales de Religione legis naturae, et positivae Divinae*. Litteris Salemitanis 1766 = *Notio dogmatica Sacrae Scripturae utriusque Testamenti*: ex Laurentio Veith in *Scriptura Sacra adversus Incredulos propugnata*.

Scoti David Cremae nobili loco n. 26 Dec. 1727, Soc. ac. in Prov. Veneta 27 Octob. 1744. Convictum Bononiensem Nobilium S. Francisci Xaverii, in quo fuerat antea Pro academicus, et librorum Sacrorum Explanator, moderabatur an. 1773. Opera = *Il Davide Lezioni Sacre*. Partes, sive tomi II. Bononiae ex typogr. D. Thomae Aquinatis 1793 in 4: quas dicat Joan. Andreae Archetti Cardinali, et Bononiensi Legato. Sancti Regis Davidis gesta oratorie, historice, critice, ac Theologice describit. = *Carmen de Jasminis* laudatur a Joan. Bap. Roberti in hendecasyllabo in Scoti laudem = *Tragoediae* laudantur a Xaverio Bettinelli in epistola ad Tiberium Roberti; ex quibus una videtur esse *Il Davide* laudata a Cl. Gusta.

Sermonet Franciscus Josephus, n. 19 Sep. 1716, Soc. ac. in Provin. Campaniae 29 Oct. 1733, in cujus Collegio Argeutinensi anno 1765 Theologiam

profitebatur in annum decimum, quam docere continuavit usque ad Societatis extinctionem. In seditione Reipublicae Gallicanae ab ejusdem satellitibus crudeliter arreptus, conjectus fuit in carcerem Ensishemianum (Ensisheim), qui fuerat antea Provinciae Campaniae satis nobile Collegium: unde post plurimas vexationes patienter toleratas, difficillimo morbo oppressus curru invehitur ad Colmarinum Nosodochium deportandus ut ipse optarat, et cui ipse dono dederat 10000 francos, et amplius; sed adeo extinctae erant aegrotantis vires, ut in publicis Ensishemii plateis vitam amiserit. Vir fuit insigni pietate, et doctrina. Reliquit m ss. Theologiam dogmaticam perspicuitate, ac doctrinarum firmitate a Theologis laudatam. Ita Cl. Anonymus Lauretanus consultus a Cl. Tito Cicconi S. J.

Serane Joannes Perpiniani natus 9 Ap. 1712, Soc. ac. in Prov. Tolosana 28 Oct. 1739: vir eximiae pietatis quam etiam suis Auditoribus in publicis concionibus apud varias Galliae habitis urbes, et quod potius est, sanctissimis virtutum omnium exemplis iniiciendam nixus est. Tolosae obiit summa Sanctitudinis fama. Senatus, sive Parlamentum Tolosanum, prioribus decretis solutis, jussit in Templo humari hac inscriptione superposita: *Virtute, zelo, verbo, et opere Clarus Johannes Seranne Presbyter olim e Societate Jesu obiit die XVII. Aprilis anno* 1784. Tribunalia Ecclesiastica Tolosana causam ejusdem Apotheosis iam susceperunt. Thomas Termanini ejusdem vitam scripsit. Op. = *Vie du R. Pere Pierre Jean Cayron*. Avenione apud Niel 1767 in; quam dicat Auctor Felici Henrico de Fumel, Episcopo Lutevensi (Lodeve). Venerabilis Petr. Joan. Cayronus obierat Tolosae 31 Januarii 1754 summa cum laude pietatis miraculis etiam confirmatae.

Serra Franciscus (sic appellatur a Cl. Cernitori in Bibliotheca Polemica) ex Provincia Sardiniae, quem puto Calari fuisse natum. Bononiae obiit mense Febr. anno ni fallor 1794. Opera = *Lettera al Sig. Avvocato N. N. autore delle memorie sulla storia del primo secolo de' Servi di Maria, e degli Spedalieri di S. Giovanni di Dio*. 1783 in 8: sine loco, nec typographo = *Lettera Pastorale di S. A. R. Monsig. Arcivescovo Elettore di Treveri, Vescovo di Augusta, tradotta dalla lingua Francese, corredata da un discorso preliminare, e di annotazioni*. Romae 1791 apud Joan. Bap. Cannetti in 8; quam suam interpretationem dicat Serra Pio VI. Dicatio, interpretatio, discursus preliminaris, et annotationes magno sunt in pretio = *Domande al teologo proponitore de' dubbj etc:* hoc aureo, etsi brevi m ss. egregie oppugnat Serra auctorem anonymi libelli editi Venetiis apud Joannem Baptist. Bassaglia 1780 inscripti *Dubii proposti in Roma ai Teologi, e Canonisti sulle facoltà e concessioni Apostoliche accordate al Prelato Visitatore*.

* Serrano Josephus Roma in Hispaniam anno 1816 transmisit Societatem ibidem propagaturus.

* Silva Josephus Roma in Hispaniam iter arripuit mense Sept. 1815 Societatis ibidem propagandae gratia.

Sivieri Hypolitus natus 5 Mar. 1697, Soc. ac. in Prov. Veneta 9 Oct. 1721, v. 4 nun. 2 Feb. 1737. Plures annos Ferrariae Mathesim cum laude tradidit, in cujus Collegio degebat ann. 1772 a gymnasiis feriatus. Sivierium eximius Astronomus De la Lande asserit maximum inter Ferrarienses hydraulicum esse. (Voyage en Italie, tom. VI. Geneva 1790). Scripsit de impediendis in ditione Ferrariensi fluminum alluvionibus.

Skrzynecki Raphael n. 20 Oct. 1714, Soc. ac. in Prov. Poloniae Majoris 29 Sep. 1732, v. 4 n. 18 Feb. 1750. Collegium Crosnense moderabatur an. 1769 tradita prius multis annis Theologia. Opera = *Dissertatio theologica de opere 6 dierum, quibus mundus a Deo creatus*. Posnaniae 1762 = *Dissertatio theologica de libris sacris*, ibid. 1763.

Slezyna seu Slesina Joannes, Bohemus,

Oppaviae (Troppau) natus, Soc. ac. in Provincia Bohemiae, in cujus Collegio Pragensi ad S. Clementem Sacram Scripturam profitebatur anno 1763 et anno 1772 Praefectus erat studiorum. Opera = *Tractatus physiologicus de systema te mundi peripatetice propositus*. Olomucii typis Universit. 1749 in 12 = *Commentarius in Vetus testamentum*. tomus primus Pragae typ. Ignatii Franc. Proscha 1757 in 4 = *Commentarius in vetus testamentum*. Tomus secundus ibid. 1758 = *Commentarius in novum testamentum*. Tomus quartus Pragae typis Ignatii Fran. Prusha 1760 in 4: priores tomos non vidi.

Spengler Josephus Constantiae n. 6 Dec. 1736, Soc. ac. in Prov. Germaniae Super. 13 Sep. 1753, v. 4 n. 2 Feb. 1771. Physicam experimentalem an. 1773 explicabat in Collegio Augustano. Obiit ni fallor 10 Nov. 1776. Egregios tractatus vulgavit de arithmetica, algebra, et optica. Ita Claris. Anonymus Lauretanus consultus a Clar. Tito Cicconi S. J.

Steinacher Nicolaus ex Prov. ad Rhenum Superiorem, in cujus Herbipolensi Collegio an. 1766 Theologiae addiscendae incumbebat in primum annum. In universitate Herbipolensi fuit Philosophiae practicae professor. Ope. = *Elementa philosophiae practicae universalis*. Wirceburgi, typis Joan. Jacobi Stahel 1777 in 8.

Steinkellner Carolus Austriacus Freystadiensis natus 30 Sep. 1721, Soc. ac. in Prov. Austriae 27 Oct. 1737, v. 4 n. 2 Februar. 1755: docuit Rhetoricam jus naturae et Ethicam, quam anno 1773 tradebat in Collegio Viennensi = *Praelectiones*, fortasse, Ethicae, laudantur in Optica nostri Joachimi Richtenburg.

Stempels Franciscus nobili familia in oppido Sarte natus 29 Jul. 1716, Societ. acces. in Provinc. Gallo - Belgica 30 Septemb. 1734, v. 4 n. 2 Febr. 1750. Duaci Rhetoricam magno cum plausu docuit. Obiit in Urbe Hui Principatus Leodiensis 18 Jan. 1758. Ope. = *De arte Rhetorica, discenda Belgis, Oratio*. Duaci 1754 per Jacobum Franciscum Willerval = *Oraison funebre de Tres haut, tres puissant Seigneur Mons. Charles Joseph de Pollinchove*: ibidem 1757. Typis etiam vulgavit aliquot Odas sermone gallico maximi habitas a Parnassi cultoribus. Ex Paquot *Memoires* tom. XIII.

Stoll Maximilianus Erzingae pago ditionis Cleggoviensis, quae Principi a Schwarzemberg est subdita, natus 12 Oct. 1742. Patrem Chirurgum habuit, sub quo per annum cum dimidio Chirurgiam didicit licet invitus. A Patre deinde ad Gymnasium Jesuitarum Rotweilense missus litteras humaniores didicit, et Magistrum habuit Patrem Aloysium Merz, *qui ingens* (verbis utor Josephi Eyerel mox corrigendi) *haereticorum malleus, totam postea Germaniam percellnit. Stollius astutis fraudibus Patrum S. J. seductus, anno 1761 in Societatem receptus est. Tyrocinii triennio elapso anno* 1756 (error sine dubio typorum) *Halam mittebatur, ut discipulos humaniores litteras doceret. Cum autem Stollii institutio ab usitata Patrum norma plurimum deflecteret, et discipuli breviori, atque etiam amoeniori via ad veteris Latii, Graeciae studia ducerentur, Superiorum suorum benevolentiam adeo non merebatur Stollius, ut odium potius illorum implacabile incurreret. Charis discipulis suis ereptus Ingolstadium, mox dein Eustadium mittebatur. As tricarum tamdem pertaesus an.* 1767 *e Societate discessit ... Linguae graecae doctissimus erat Stollius. Uxorem duxit ... Die 23 Maii hora septima vespertina vitae salutiferae finem imposuit*. (anno quod praecipuum erat, omisso) Hactenus Cl. Josephus Eyerel dicens se id totum sumpsisse ex Petzelio sciptore operis *Denk-mahl auf Stoll etc.* (Monumentum Stollio) Viennae 1787. Demiror viros alioquin eruditos in his reculis immorari. Stollius dum Societati se dedit 18 vitae annum agebat, et Chirurgiae studio operam navarat. Neque talis

aetas, neque hujusmodi ars, dum sermo habetur de juvene ingenii praeclari, probabile reddunt Stollium Jesuitarum artibus fuisse circumventum. Duobus Tyrocinii annis Stollius ignoravit, quae Tyro quisque non ita perspicax, ac Stollius, novit de Instituto, et Societatis Constitutionibus, quae si nequaquam illi probarentur, e Societate libere poterat recedere? Nequaquam dicitur cujusmodi fuissent istae Jesuitarum artes. Astutae profecto dicuntur. Cur ergo astutias astutia eludens Adolescens 20 annorum sub Tyrocinii exitum dimissionem non fecerit? Si perspecto Stollii ingenio, Jesuitae Rottwillani, seu Rottweilensis Collegii (quod minimum erat Provinciae Germaniae Superioris 9 Sacerdotibus, et tribus laicis constans) suis suasionibus, propositis vitae religiosae commodis, illum allexerunt, nihil pravum in his, perme dicantur astutiae, reperio. Optandum esset Cl. Eyerum nos edocnisset de norma a Stollio usurpata ab illa Jesuitarum plurimum deflectente, ut breviori, et amoeniori via discipuli Halenses litteras latinas, ac graecas docerentur. Quantum hac sua norma Jesuitarum vota explevisset! qui nullius rei magis essent cupidi, quam discipulorum majoris cum celeritate progressus. Cuicumque vel mediocriter prudenti in incerto saltem erit recens illa norma Adolescentis aetatis ad summum 23 annorum, comparata cum norma Jesuitarum approbata tam longo annorum decursu a tot egregiis viris, qui in tradendis grammatica, oratoria, ac poetica occupabantur, e quibus plurimi in hac exercitatione omnem fere vitam insumpserunt. Id loci mihi nominandi sunt ii eruditissimi viri Angelus Gallutius, qui 28 annos traduxit in his disciplinis tradendis: Bartholomaeus Bravus 27: Gaspar Sanctius 30: Hieronymus Petruccins 20: Horatius Tursellinus 22: Joannes Bonifacius 40: Joannes Ludovicus de la Cerda 50: Sidronius Hoschius 20: et hi tres postremi Cl. Eyero, quia ejusdem Nationis Germanicae, probe cogniti, Wolfangus Schonlederus 21: Matthaeus Raderus 22: Jacobus Pontanus 27 etc. etc. Quam normam viri isti clarissimi secuti fuerunt? Rationi ne consentaneum erit Stollium Juvenem fere imberbem tot veteranis in arte exercitatissimis praeferri? Si Cl. Eyero Emmanuel Alvarez non probatur, cum rogarem, attente legat Sebastianum Berettarium Jesuitam, optimae latinitatis Scriptorem, qui sumpto nomine Jacobi a Fossa, scripsit adversus Orlandum Pescetti Alvari reprehensorem librum inscriptum *Efflatio pulveris etc.* Monachii apud Viduam Bergianam 1616, cujus lectionis Clariss. Eyerum non poenitebit. Si Stollii palato concedamus nequaquam arrisisse normam Jesuiticam docendi litteras latinas, non ita morosus fuisse videtur ergam litteras graecas. Ubi disserit *De optima discendi, et docendi sermonis graeci ratione* plurimis, eximiisque laudibus exornat radices graecas Jesuitae Bonaventurae Giradeau. Laudat etiam prae caeteris a se lectis grammaticam graecam *in usus scholasticos Austriae an.* 1773 *Viennae idiomate vernaculo conscriptam*, cujus Auctorem Jesuitam puto. Priusquam ad reliquas Cl. Eyeri reprehensiones accedam, rem Lectoribus haud injucundam me facere putem eorum oculis exhibendo Societatis curam in latinis, graecisque litteris commendandis. Uno tantum teste utor, quo majorem nequaquam reperies. In aureo profecto libello, cui inscriptio *Ratio, atque institutio Studiorum per 6 Patres ad id jussu R. P. Praepoti Generalis deputatos conscripta. Romae in Collegio Soc. Jesu anno Domini* 1586 *Cum facultate Superiorum. Romae* (dicitur in libelli fine) *excudebat Franciscus Zanettus* 1586; haec de litterarum humaniorum studio dicuntur: *Nostrorum progressus in litteris humanioribus magnae curae fuisse Patri Nostro Ignatio sanctae memoriae indicant constitutiones; et merito quidem ob earum studii necessitatem, utilitatem, ac etiam justitiae rationem ... Tandem hoc studiorum adminiculo potius, quam Superiorum Facult-*

tum, Societas brevi propagata est; ideoque iisdem melius ac firmius conservari debet; et nisi hoc insigne ornamentum, quo Deus Societatem cohonestare dignatus est, tueri studeamus, verendum est ne in eam barbariem, quam in aliis probare non solemus, facile dilabamur. Pari dicam vehementia linguae graecae studium commendat hac gravissima oratione: *Linguae graecae utilitates maximae sunt; namque sine illa praecipuos omnium disciplinarum Auctores, Medicos, Philosophos, Mathematicos, Patres, Biblia, Concilia, Rhetores, Poetas et Historicos vix intelligere possumus ... Turpe etiam est in ea re vinci ab haereticis, qui a teneris annis graece instituti Catholicos contemnentes, eos non sine ignominia ad graecos fontes provocare solent. Unde cum inter alias nostrae Academiae partes una sit graecas litteras profiteri, vel ea res perficienda est, vel istiusmodi Provincia de serenda, ne nobis probro vertatur tam tenuis, ac pene pudendus fructus, qui in nostris Auditoribus cernitur, quod ad graeca pertinet; ut propterea alicubi viri graves suos filios non mittant ad Academiam nostram, tamquam mutilam, ac mancam. Verendum quoque est, ne haec imperitia inter Nostros etiam serpat, ac futurum sit, (ne dicam esse pene iam factum) ut careamus aliquando Praeceptoribus, qui Graeca docere possint. Manabit etiam eadem calamitas in magnam Ecclesiae partem, cum raro alibi praeterquam in Societate Catholici Theologi graece sciant: ut multa quae in sacris litteris, et re Theologica ex graecis pendent monumentis, paulatim exolescere, atque oblitterari necesse sit. Quod si graecae linguae fundamenta in nostris Scholis probe constabiliantur, satis ea ratione prospicietur, tum ut in tota Ecclesia graecarum cognitio litterarum perpetuo vigeat; tum ut nostra Societas abundet semper viris graece doctis; quales enim in suis Scholis educat, atque instituit, tales postea cum in suorum numerorum cooptabit (cooptat autem ex Scholis quam plurimos) habitura est*. De praedicta ratione studiorum late disseram, dum in Supplemento tertio verba faciam de Joanne Azorio ejusdem rationis cum aliis doctissimis Jesuitis Auctore. Adeamus iterum amice Clar. Heyerum. Ait Jesuitas ita odio exarsisse in Stollium ob inventam ab eo normam, ut eum charis suis discipulis Halensibus eripuerint, et ad Collegium Ingolstadiense miserint. Quem mollem, ac misericordem animum, quem efferatissimum potius non dicam, tam atrox misero Stollio inflicta poena non commovebit? Tantae poenae atrocitatem perspiciamus serio, perpendamus attente, ac curiose scrutemur. Collegium Halense, Stollio ibi commorante, numerabat Patres 15, Magistros duo, et laicos, sive Adjutores domesticos 6. Nullae aliae litterae tradebantur nisi humaniores, Rhetorica ac Grammatica, cujus Professor erat Stollius in classe, dicta *Media*. Ingolstadiense Collegium Princeps erat Provinciae Germaniae Superioris; omnia quippe illud id temporis longe superabat, et Personarum numero quae censebantur ad 175; Patres scilicet 23, Magistri 5, Theologi 77, Philosophi 49, Laici 21: et Gymnasiorum multitudine in quibus tradebantur, a Cl. Magistris Theologia, Scriptura, Controversiae, Jus Canonicum, Ethica Logica, Physica, Mathesis, Historia lingua Graeca, et Hebraica, Rhetorica, Humanitates, et Grammatica; in quo una simul florebant insignes viri, Scriptores iidem doctissimi Amman Caesarius, Henricus Schuz, Maximus Mangold, Laurentius Veit, et Franciscus Xaverius Zech. Est non parvi momenti, quod addas, ut Jesuitarum atrocitatem majorem facias. Stollius in Collegio Halensi gradum tantum obtinebat Professoris *Mediae* Grammaticae, ut dicebatur; in Ingolstadiensi vero, aut saltem in Eustadiano Professor erat Supremae; unde Jesuitarum implacabile odium eidem attulit et altiorem in Gymnasio gradum, et Palatium ut ita dicam pro tugurio. Quam ter boni censendi Patres illi sunt implacabiles Stollii inimici.

Ex hactenus dictis si quis collegerit, Stollium non tricarum Jesuitarum pertaesum, sed sui exigui in uxoria cupiditate frenanda roboris conscium, missionem e Societate petiisse, ut conjunctam haberet tori sociam, non valde repugnabo; memor viri summi Joannis de Cervantes Cardinalis S. Petri arbitrantis Bohemis uxores restitui Sacerdotibus; *quia non est omnibus gratia Dei concessa ut legi lumborum resistant, ut de Paulo legimus*: uti narrat Æneas Silvius Piccolomini deinde Pius II. P. M. in Commentario de *Rebus Basileae gestis stante, vel dissoluto Concilio*. Firmi 1803 apud Josephum Alexandrum Paccasasium: verumtamen rem in medio relinquam eruditorum judicio definiendam. Conquiescamus tandem ab hac contentione fere ludicra. Stollii scripta nos vocant, quae tantam illi gloriam pepererunt, ut inter praestantes Medicinae Professores nobilissimum locum obtineat, et inter latine, graeceque eruditos non infimo utatur. Opera = *Ratio medendi* Pars prima. Viennae Austriae 1777 sumptibus Augustini Bernardi in 8; et Ticini 1788. Pars secunda Viennae 1778, et Ticini 1788. Pars tertia Viennae 1780, et Ticini 1788. Pars quarta Ticini 1790. Pars septima, ibid. 1791 = *Praelectiones in diversos morbos chronicos*. Viennae 1788 typ. Christiani Wappler et Ticini 1788 = *Antonii de Haen operum posthumorum volumen primum collegit, ediditque Max. Stollius*. Viennae sumptu Rudolphi Gräffer 1779 = *Aphorismi de cognoscendis et curandis febribus*: ibid. apud Nobilem de Kurzbek 1787 = *Briefe an die Frau uber die Pflicht der Mütter ihre Kinder zu*, pro voce *zu*, *stillen* (Ad matrem spectare filios suos lactare; Epistola ad Foeminam nobilem) Viennae per Christianum Wappler 1788 = *Uber die Errichtung öffentlicher Krankenhauser* (De erigendo Nosocomio publico) ibid. per Wappler.

Stoppini Hyacinthus Cottanelli in Sabinis 30 Maii 1725, Societati accessit in Prov. Romana 28 Aug. 1740. Vota 4 nunc. 15 Aug. 1758. Theologiam profitebatur in Collegio Romano an. 1772, postquam ibidem Philosophiam docuerat, cum laude semper summa in utraque disciplina. Ob praestantiam itaque in rebus Theologicis Stopinnium Pius VI. Summus Pontifex sibi a consiliis Theologicis, et Canonicis elegit, conspicuo munere Theologi Poenitentiariae ut vocant, decoratum. Ipsius Pii VI. jussu *historiam scripsit de Paludibus Pontinis*, quae adhuc inedita remanet: Ex Nicolai Mariae Nicolai in opere *Bonificamenti delle Terre Pontine*. (de instauratione agri Paludum Pontinarum) Cl. et eruditissimus Joan. Bap. Nardi Patritius Sabinus et Praelatus Romanus, Hyaciuthi sororis filius, mihi legenda dedit plura m ss. theologica, Canonica, philosophica, et oratoria patrui doctissimi quae possidet. Obiit doctissimus, piissimusque Stoppinius Romae 11 Martii 1798 vehementi dolore oppressus ob Pii VI. sui Benefactoris, et Amici praeclarissimi deportationem in Galliam.

Strozzi Joannes Franciscus ex nobilissima familia Florentiae n. 8 Octob. 1699, Soc. ac. in Prov. Romana 3 Nov. 1714, v. 4 n. 2 Feb. 1733. Degebat in Domo Professorum Romana ann. 1772 confessionibus excipiendis intentus; ubi obiit sanctissime eodem an. 12 Julii. Opera = *Le massime della prudenza mondana* (Prudentiae prophanae dictata). Florentiae typis Joan. Bapt. Stecchi 1754 in 8 = *L'assunzione in Cielo della Madre di Dio dimostrata secondo il sentimento di Santa Chiesa etc.* Romae 1766 in 4 typis Salomoniis. Cum eruditus, et pius admodum Philippus Strozzi nostri consanguineus, Liberianae Basilicae Canonicus, scriptum de hoc argumento imperfectum reliquisset, noster illud absolvit, adjunxit, exornavit, dicavitque Cardinali Josep. Mariae Feroni = *Vita della Ven. Serva di Dio Suor Veronica Giuliani etc.* Romae typ. Rossi 1763 in 4 = *Vita del Ven. Fratel Vincenzo Dandini Coadjutore Temporale*. Romae

per Generosum Salomoni 1753 in 8. Obierat Dandinus Romae piissime anno 1734 = *Vita di mons. Gianfrancesco Tenderini Vescovo di Civita Castellana, ed Orta*. Romae 1750.

Szentivanyi Stephanus Hungarus ex Szentivan n. 9 Jul. 1725, Soc. ac. in Provin. Austriae 19 Oct. 1741, v. 4 nunc. 2 Feb. 1759. Bene norat linguas Graecam, latinam, Hungaricam, Slavonicam, ac Germanicam. Docuit Rhetoricam, Eloquentiam Sacram, ac Prophanam, Ethicam, Jus Canonicum et Philosophiam, in qua renuntiatus fuit Doctor. In missione S. Nicolai in Liptovia Superior erat anno 1773. Opera = *Opuscula polemica*: tom. II. in 4 = *Oeconomia Philosophica in 5 libros divisa*. 1782 in 8: ex Catalogo librorum Typographiae Universitatis Regiae Hungaricae etc. ann. 1812.

Szerdahelyi Georgius Aloysius Ungarus Vathiensis n. 24 Sep. 1740, Soc. ac. in Provin. Austriae 17 Oct. 1756, in cujus Coll. Posoniensi profitebatur Rhetoricam 1773. Aula Caesarea Viennensis, extincta Societate Georgium elegit Aesthetices Professorem in Universitate Budensi. Opera = *Epistola apologetica pro Jesuitis Hungaris*. Extat in annalibus litterariis Helmstadiensibus, mense Aug. 1782. Ex P. Kromme = *Ars poetica generalis ad Aestheticam, seu doctrinam boni gustus conformata*. Budae typis Universitatis 1783 in 8: in proemio ait se iam. *Aestheticam seu doctrinam boni gustus ex philosophia pulcri deductam pertractavisse* = *Poesis dramatica ad Aestheticam seu doctrinam boni gustus conformata etc.* ibidem 1784. = *Silva Parnassi Pannonici* 1803 in 8 = *Aesthetica*: dua. part. 1788 in 8: ex Catalogo librorum typographiae Universitatis Regiae Hungaricae etc. anno 1812.

T

* Tentori Christophoro tribuit Gusta *Descrizione dell'Estuario, ossia della Laguna di Venezia*. Venetiis in 8 = *Lettera di Democrito sul governo democratico di Venezia*: ibid. = *Sulla congiura di Bajamonte Tiepolo*: ibidem.

Termanini Thomas n. 17 Feb. 1730, Soc. ac. in Prov. Romana 21 Maii 1749 v. 4 n. 15 Aug. 1764. Plures annos expeditionibus Apostolicis, quas Missiones vocant, fructuosissime impendit, a quibus etiam extincta Societate non cessavit usq. ad ejus obitum. Opera = *Meditazioni sopra la morte etc.* Romae per Aloysium Perego Salvioni 1794 in 12. Opusculum egregium ad medicandos animi morbos = *Vita, e virtù del Sacerdote D. Michel Angelo Lentini insigne missionario della Sicilia*. Romae typis Salomonis 1795 in 8. Obierat Lentinius Exjes. Viterbii 6 Feb. 1795 maxima sanctitatis opinione anno 92 suae vitae = *Vitae* (sermone italico) multorum Exjesuitarum, quae asservantur a Cl. Josepho Maria Sozzi.

* Terreros, y Pando Stephano Gusta tribuit *Esercizj spirituali per il ritiro di 8 giorni etc. in due tomi*. Magna mihi suspicio incidit de errore forte suscepto ex non maxima dissimilitudine cognominum, *Terreros*, et *Torrubia*. Petrum Torrubia novi auctorem operis *Exercicios de N. P. S. Ignacio con lecciones espirituales, y notas etc.* Matriti per Viduam Emmanuelis Fernandez 1716: tom. II. in 12 = *Carta etc.* Matriti 1783 apud Yuste. Epistolam Gallicam Abbatis Pluche de filiorum educatione hispanicam fecit cum aliquot adnotationibus: *Ex proggressi ... Giornale letterario ... Alli confini d'Italia* 1783.

* Tetami Benedictum Venetiis obiisse an. 1803 asserit Cl. Gusta, et illi tribuit *SSmi Cordis Jesu Lauraea Theologica* Venetiis ... in 12.

* Thinlen Laurentius Ignatius = Universalem Hardionis historiam continuavit ad nostram aetatem a tomo 23 edito Venetiis 1804 apud Joannem Antonium Curti ad tomum XXXIV. ibidem editum 1806 = *Dialoghi nel Regno de' Morti*, Bononiae ex typog. Archiepiscopali 1816,

ex Catalogo librorum Bibliopolae Antonii Fortunati Stella, (Mediolani 1816;) qui denuntiat ex his Dialogis numero 48 singulos singulis mensibus in lucem venturos.

Tieffenthaler Josephus ex Provincia Germaniae Superioris, cujus Catalogus editus ab an. 1741 in annum 1742 eum ait iter in Philippinas Insulas aggressum fuisse. In catalogis vero ab an. 1766 in 1767; et ab an. 1767 in 1768; et ab an. 1769 in 1770 dicitur esse in Mogolio: in sequenti catalogo ab an. 1770 in an. 1771 nulla mentio fit Josephi neque inter vivos, neque defunctos. Cum id temporis ex Provincia Germaniae Superioris orta fuerit Bavarica, suspicor catalogos Germanicum, et Bavaricum exiguam rationem habuisse sibi adoptandi Sodalem toto orbe divisum. Opera = *Carte generale du cour du Gange, et du Gagra dresseé sur les cartes particulieres du PereTiefentaller Missionaire Apostolique de l'Inde par M. Anquetil du Perron.* Parisis 1784. Laudatur a Paulino a S. Bartholomaeo insigni Missionario Carmelitano Discalceato pag. 45. *Musaei Borgiani Velitris Codices m ss.* Idem Anquetil du Perron ex Regia Academia Parisiensi Inscriptionum, in prima parte tomi primi, pagina CCCXXXI. sui operis inscripti *Zend-Avesta, Ouvrage de Zoroastre*, (Parisiis apud N. M. Tilliard 1771)in subjecta nota ait Patrem Tieffentaller Missionarium esse Agrae (in Mogolia), ortu esse Tyrolensem, ex Dioecesi Tridentina: suam Provinciam anno 1746 reliquisse ut in Indiam penetraret, quo pervenit 1743, transactis antea duobus annis, et amplius in Hispania: Otii, quidquid erat reliqui ex suis Apostolicis ministeriis, id totum impendere in pervestigandis et considerandis historia naturali, litteraria, et religiosa illarum Regionum, quas suas investigationes in commentarios conjicebat. Utinam, si adhuc conservantur, in lucem efferantur.

Tirsch Leopoldus ex Prov. Bohemiae in cujus Collegio Pragensi ad S. Clementem Professor erat Regius publicus, et ordinarius linguae sanctae 1772: antea Jus Canonicum docuerat. Opera. = *De caracterum antiquorum apud haebraeos ante Esdram usu Dissertatio.* Vetero - Pragae typis Ignatii Pruscha 1760 in 4 = *Fundamenta linguae Sanctae ad usum lectionis hebreae.* Vetero-Pragae typis Joannae Pruschin Viduae 1766: est saltem secunda editio perfectior.

* Toderini Joan. Bapt. Veronensis = *Dissertazione sopra un legno fossile .... sull'induramento di molti Bacchi di seta ... sull'Aurora boreale.* Mutinae 1770 typis Joan. Montanari. Dominicus Troili dicat opus Josepho Mariae Fogliani Episcopo Mutinensi: ex *Novelle letterarie* publicate in Firenze l'an. 1771 vol. II. = *Anacreontica ... sopra una leggiadra Farfalletta.* Pulcherrimum papilionem venustate anacreontica describit: extat in *Progressi ... Giornale Letterario .... Alli Confini d'Italia* 1783. Magnam collegerat RegumGothorum numismatum sylvam; at que illustrium Jesuitarum. Anno 1801 vitae supremum diem egit: ex Gusta.

Tolomas Carolus Petrus Xaverius Avenione n. 17 Mar. 1706, Soc. ac. in Prov. Lugd. Obiit 1763. Illum Academia Lugdunensi sibi Socium renuntiavit. Opera = *Dissertation sur la hiene* 1756 = *Dissertation sur le Caffè* 1757 = *Dissertation sur le Philosophe Epictete.* 1760: ex tomo 4 *Dictionnaire de la Provence* edito 1787.

Tolomei Nicolaus Senis nobilissimo genere n. 24 Oct. 1699, Soc. ac. in Prov. Rom. 26 Jan. 1725, v. 4 n. 2 Feb. 1739. Degebat in Colleg. Florentino 1772 ad Christianam puellarum institutionem intentus. Conciones antea Bonae Mortis ibidem habuerat. Romae obiit 1774 ex Clar. Gusta. Op. = *Vocazione di S. Luigi Gonzaga della C. di G. Opera scenica.* Romae typis Bernabò 1748 in 8. Editio secunda. Egregium etsi exiguae molis opus ad commovendos pios animi affectus. Unde fortasse approban-

da est Clar. Gustae assertio, unius scilicet anni decursu tricies, et amplius fuisse editum.

Torrubia Petrus, Granatulae in Oretanis oppido natus 29 Dec. 1713, Soc. in Prov. Toletana ae. 20 Sep. 1727, v. 4 nun. 2 Feb. 1747. Obiit Forolivii 11 Octob. 1791. In expulsione Hispanica publicum Eruditionis Professorem agebat in Collegio Imperiali Matritensi; splendido quo in Theatro plures annos conciones sacras habuit magno cum plausu, et fructu. Op. = *Ejercicios de N. P. S. Ygnacio con lecciones espirituales, y notas etc.* Matriti per Viduam Emmanuelis Fernandez 1761: tomis duobus in 12. Joa. Dominicus Coletti (cujus memini) in Dictionario *Storico-geographico etc.* verbo ni fallor *Patagoni* Josephum Torrubia (*Farrubia* typorum lapsu nominatur) eruditum *Gigantologiae* Scriptorem, ex illustri familia Franciscana, Jesuitam facit.

* Tortosa Francisco tribuit Gusta interpretationem italicam Cathechismi Philosophici Felleri Venetiis editam 1788, et illius dicit fuisse Patriam urbem Vicentiam.

V

Valcavi Joan. Xaverius Rhegii Mutinae n. 21 Dec. 1701, Soc. ac. in Provin. Veneta 18 Maii 1720, v. 4 n. 15 Aug. 1735. In Collegio Regiensi degebat anno 1773 Rectori Collegii a consiliis. Praefuerat Collegio Bononiensi Civium S. Aloysii, et Convictui Parmensi Nobilium, et Collegio Mutinensi magna ubique prudentiae laude. Obiit in Patria 17 Oct. 1781. Op. = *Numismata Virorum Illustrium ex Barbadica gente*. Patavii ex typog. Joa. Manfré 1732 in fol. amplo, et magnifica carta. Ne repugnare videar doctissimo Catalogi (verbo *Barbadicus*) Bibliothecae Casanatensis Scriptori, laudatum opus dicam a Valcavio eleganti saltem sermone latino fuisse interpretatum.

Valle Augustinus, Romae n. 10 Jul. 1754, Soc. ac. in Provin. Rom. 26 Julii 1771. Extincta Societate ad doctrinas theologicas, ac Canonicas totum se contulit; et in eisdem progressus adeo magnos fecit, ut Pius VI. P. M. amplissimus eruditorum Fautor illum Praesulem Romanum renuntiaverit, et in numerum Advocatorum Consistorialium, quorum est in Urbe ex altioribus ordo, retulerit. In rebus Canonicis tractandis, ac definiendis Supremo Poenitentiario Dominico Card. de Petro operam suam praestitit. Vix Immortalis Pius VII. Vallem ad superiorem in Praelatura gradum, quo Sacrae purpurae non est proprior alius, evexerat, cum mors eum delevit Romae 5 Apr. 1816; et tumulatus fuit apud S. Theodorum, vulgo *Sacconi*. Opera = *Dissertatio de bonis Ecclesiae*. Romae typis Salomoni in fol. sine anno; quam dicat Pio VII. Alia perfecta reliquit, quae in lucem proferantur optamus.

Valoris Antonius in oppido Methamies in comitatu Venusino n. 20 Martii 1681, Soc. ac. in Prov. Lugdun. 13 Oct. 1698. Eloquentiam, Philosophiam, ac Theologiam plausu haud exiguo docuit; pluribus Collegiis, ac denique universae Provinciae praefuit. Obiit Avenione 21 Feb. 1761. Opera = *Eloge funebre du S. Prince de Condè*: est interpretatio elegiae latinae Patris D'Augieres; et extat in ejusdem operibus editis Lugduni 1708: pag. 211 = *In Equestrem statuam Ludovico Magno Lugduni positam Oratio*: ibid. apud Laurens 1725 = *Brutus Tragoedia latina*, nondum edita = *Vita Clementis XI.*, quam suasionibus Cardinalis Alexandri Albani conscripsit, et quae ob temporum importunitatem edita non fuit = *Carmina latina*; quae extant in operibus Jacobi Vanieri: ex tom. IV. *Dictionnaire de la Provence* edito 1787.

* Veiga Eusebius: in Anthologia Rom. tom. XVI. extant variae litterae de re astronomica.

* Veith Laurentio Gusta tribuit *Bibliotheca Augustana*. Non Laurentius, sed Franciscus Antonius Veith nobilis bibliopola Augustanus auctor est dictae

bibliothecae: tomis VI. Augustae 1785-1790.

Viescas Raymundus, Ibarrae Dioecesis Quitensis urbe n. mense Dec. 1731, Soc. ac. in Provin. Quitensi mense Apr. 1748, v. 4 nunc. Obiit Ravennae 7 Martii 1799. Opera = *Risposta alle osservazioni sopra le due lettere che riguardano il Sagramento della penitenza e che chiudono l'opera intitolata* Il Sacerdote santificato. Caesenae per haeredes Biasini 1792 in 8. Est praeclara defensio operis Friderici M. Pallavicini inscripti *il Sacerdote santificato* adversus N.N. Loretta Curionem Ravennatensem dicti operis reprehensorem. Reliquit m ss. duas epistolas in Marchionis Serpos defensionem, et nonulla alia.

* Vila Antonius. = *De Christianae Religionis praestantia philosophicis armis defendenda Oratio etc.* Ferrariae 1790: typis Haeredum Josephi Rinaldi; quam dicat Pio VI. Pont. Max. = *De inexhaustis Ciceronianae orationis divitiis Oratio etc.* Ferrarie 1765 Typis Heredum Josephi Rinaldi, quam dicat Alcudiae Duci. Linguarum Graecae, ac latinae peritissimus dicitur ab Auctorib. operis *Progressi dello spirito umano ... ossia giornale letterario etc. Alli confini d'Italia* 1784 a pag. 10: ex quibus Villam novimus 9 libros de mexicana expugnatione scripsisse.

Vitale Carolus n. 23 Maii 1734, Soc. ac. in Prov. Mediol. 5 Octo. 1748, v. 4 n. 15 Aug. 1767. Degebat in Colleg. Mediolanensi 1772, ubi Philosophiam docuerat. Op. = *Lex virium in materiam dominatrix illustrata, et ad physicas institutiones accommodata*. Mediolani per Joseph. Marellum 1775 in 8: quam laudant admodum Acta Lipsiensia 1775.

Volpi Benedictus Bergomi n. 5 Julii 1730, Societati acc. 8 Nov. 1745, v. 4 n. 15 Aug. 1763. Theologiam polemicam docebat Romae in Collegio Germanico anno 1772, cum antea Philosophiam tum Senis, tum Romae annos saltem 7 docuisset. Venetiis obiit idibus Septembris 1803, cum jussu Aulae Caesareae Viennensis Censorem Regium et imperialem ageret librorum dogmaticorum. Ephemerides politicae Venetae dicti anni, et mensis illum laudant a summa eruditione, morum probitate, et religione. Opera = *Storia della celebre controversia di Crema sopra il pubblico Divin diritto alla communione Ecclesiastica nella Messa con una dissertazione sullo stesso argomento* Venetiis per Antoninm Curti 1790. De hac controversia Cremensi inter Josephum Guerrieri Sacerdotem Cremensem, et ejus Episcopum Ludovicum Calini, deinde Cardinalem, satis accurate agit continuator Venetus historiae Christianae Canonici Noviodunensis Belcarstel tom. XXXI. paginis 82, et 92 etc. ubi Vulpium vocat *doctissimum*; et adjungit. *Non possumus nos cohibere, quin laudibus extollamus eruditionem, perspicaciam, et pium animi ardorem insignis Scriptoris* (Vulpii): *fervida etiam vota Deo nuncupamus, ut in Sancta Ecclesia perpetuo conservetur religio ac pietas Bellarmini, Sirmondi, ac Petavii non his solummodo, qui e Societate J. fuerunt, uti noster Auctor* (Vulpius) *sed etiam in caeteris omnino Ecclesiasticis Scriptoribus*. = *Introduzione alla Geografia* m ss. quod confecit, dum Rhetoricam an. 1757 Prati doceret: ex eruditissimo R. Abb. Generali Mittarelli in *Bibliotheca m ss. etc.* Lectores eruditos non pigebit inscriptionis sepulcralis, qua Vulpius fuit decoratus.

A ☧ Ω

Memoriae
Benedicti. Georg. F. Volpi. Bergomatis. Doctoris. Theologi. Praepositi. Alumnis. Ecclesiae. Crematis. Regundis. Censoris. Veneti. Librorum. Edender. Sacri. Juris. Scientia. Clarissimi. Qui. vixit. annis. LXXIII. M. II. D. VIII. Vir. mitissimi. ingeni. Auctor. Consiliorum. Optimorum. Decess. Venetiis. Idib. Septembr. An. MDCCC. III. Laetus. Morte. Sua. Quod. In. Societatem. Jesu. Italiae. Nuper. Divinitus. Redditam. Postliminj. Jure. Receptus.

Esset . Sodales . Veteres . Seniori . Plentissimo .

Uriarte Emmanuel Joachimus Cantaber nobili genere natus Victoriae : e Provin. Castellana in qua ubi Societati accesserat, in Provinciam Quitensem transmisit infidelibus ad Fidem trahendis inhians . Magno animi ardore hanc egregiam operam suscepit, multis superatis aqua, et terra periculis : plurimos infideles per sylvas pallantes in populos coegit, saepe famem, sitim , et gravissima incommoda perpessus , imo fere mortem , quippe ab uno Americanorum clava capite ita graviter percussus , ut sensibus destitutus per dies 4 remaneret ; sed singulari Dei ope sanitati restitutus, ad eosdem labores inpigre rediit, donec generali exilio multatus, in Italiam cum reliquis est amandatus: deinde exilio patria sede commutato, in eadem obiit versus 1800. Scripsit tres epistolas ad Dominum Josephum Augustinum de Uriarte fratrem , Inquisitorem Caesaraugustanum , et unam ad Mariam Franciscam ex Praedicatorum Ordine germanam Sororem . Extant in tom. XVI. *Cartas edificantes etc.* per Davin . Pollicetur se ad fratrem scriptorum de fructibus , animalibus , et ritibus illarum gentium ; et se typis editurum illarum linguarum grammaticam a se perfectam , et auctam , pro imperfectissima , quam repererat .

W

Wagemann Ludovicus Biberaci in Dioecesi Constantiensi n. 26 Jul. 1713 , Soc. ac. in Prov. Germaniae Super. 13 Sep. 1729 v. 4 n. 2 Feb. 1747 . Philosophiam 5 annos docuit , et Theologiam morum annos saltem 20 . Solodoranum (Solothurn) Collegium moderabatur anno 1773 . Obiit ni multum fallor 20 Jan. 1792 . Opera = *Synopsis theologiae moralis tripartitae etc.* Augustae Vindel. , et Oeniponti : sumptu Josephi Wolff 1765 in 8 : et est editio secunda ab auctore recognita, et multum aucta, et praeclarus fuit fructus 20 saltem annorum quos Auctor exegit in Theologia morum publice tradenda . In tractatu de *impedimentis actus humani* capi 6 laudat Scriptorem Babenstuber , et *collectanea vindiciarum Tabernae* : In tractatu de *radicibus restitutionis* laudat P. Josephum Vogler scriptorem thesium de restitutione , et Patrem Zetl : in tractatu de Sacramento Ordinis laudat Patrem Seney scriptorem de hac materie : laudat etiam Patrem Wex : = *Dissertatio de Coelo , et terra* . Augustae Vindelic. 1749 in 8 cum figuris . Collector Gallicus tribuit hoc opus Wagemanno omisso nomine . Judico esse Ludovicum Vagemann .

Weissrock Fran. Xaverius Selestadii n. 23 Nov. 1733 , Soc. ac. in Provin. Germaniae Super. 7 Septem. 1751 , v. 4 nun. 2 Feb. 1767 . Rhetorica , Poesi , et Philosophia traditis , profitebatur anno 1773 Theologiam in Collegio Lucernensi . Edidit orationes Sacras . Ita Cl. Anonymus Lauretanus consultus a Cl. Tito Cicconi S. J.

* Weitenaver Ignatio Gusta tribuit (quam vere nescio) *Historia Ecclesiastica per saecula congesta* . Volum. XVIII. Augustae .

Widenhofer Fr. Xaverius ex Provincia ad Rhenum Superiorem . In Wirceburgensi , seu Herbipolensi Universitate Philosophiae fuit Professor : ibid. dein anno scilicet 1754 libros sacros explicabat , atque hebraicam linguam in qua vir erat summus , docebat . A Superioribus missus Romam , ibi simul cum Alphonso Nicolai Theologiam didicit , ut ipse Nicolai testificatur in secunda dissertatione proemiali in Scripturam Sacram . Obiit ante annum 1765 . Opera = *Ars recte cogitandi , sive Logica* . Wirceburgi typ. Joa. Sac. Christophori Kleyer 1741 in 4 . Paucis multas ac luculentas regulas pro mente dirigenda statuit = *Victor serpentis stygii generis cap. 3 v. 15 promissum , sive Messias verus homo , et verus Deus etc.* Wirceburgi . Ex memoriis Trevoltianis . Novembris 1749 . = *Catechismum minorem Nostri Canisii ex ipsius Canisii catechismo ma-*

jori auxit, *vulgavitque latine*, *et germanice*. Augustae et Friburgi per Wagner 1769 in 8 = *Sacrae Scripturae dogmatice*, *ac polemice explicatae*. Tomus primus: editio secunda auctior. Augustae, et Wirceburgi typis Jo. Jacobi Christophori Kleyer 1755 in 8 = Tomus secundus Wirceburgi, Bambergae, et Fuldae typis Joannis Jacobi Stahel Universitatis Fuldensis typographi 1772 in 8. Editio secunda. Opus insigne, quo totum vetus Testamentum egregie explicatur, et confutantur haeretici = *Dissertatio de Sacerdotio Christi secundum ordinem Melchisedec*, latino, et Germanico sermone; tota est contra Christophorum Matthiam Pfaff. Laudatur haec dissertatio a nostro in tomo II. *Sacrae Scripturae dogmatice*, *ac polemice explicatae edit.* 1772 in Malachia cap. primo = *Dissertatio duplex adversus Pfaffium de SS. Missae sacrificio*. Wirceburgi 1751.

Winterl Josephus, Styrae in Austria urbe n. 2 Feb. 1728, Soc. ac. in Prov. Austiae 14 Octob. 1745, v. 4 nunc. 2 Feb. 1762. Mathesim, ac Philosophiam in qua renuntiatus fuit Doctor, coluit; animum quoque appulit ad linguarum Orientalium studium, ex quibus graecam, et hebraicam docuit. Anno 1773 concionabatur in Collegio Soproniensi. Opera = *Joseph-Anton. Bordoni Predigten uber Sontagliche und feyertagliche Evangelien etc.* Vol. 14 in 8. Augustae 1777: Interpretatur conciones italicas Josephi Antonii Bordoni de Dominicarum, ac Festorum dierum Evangeliis. Non parum Winterlus a Fellero reprehenditur (*Journal*, tom. 57) quod Noe vocat Noah, Balthazar Belsezer, et sic de reliquis. Sed cum id nequaquam per nostri Vulgati contemptum fecerit, Philohebraismo suo nonnihil condonandum censeo.

Wirwicz Carolus n. 2 Oct. 1717, Soc. ac. in Provincia Masoviae 10 Aug. 1734, v. 4 n. 15 Aug. 1752. Collegium Nobilium Varsaviense rexit ab anno 1764 ad ann. 1773. Opera. = *Geographia Czasow Teraznieyzych etc.* Varsaviae typis Soc. J. 1768 in 8. Agit de geographia naturali, astronomica, politica. = *Geografia powzechna czasow etc.* (Geographia universalis etc). Varsaviae typ. Soc. J. 1773 in 8: est operis prioris pars secunda.

Wulfen Franc. Xaverius, Servius Belgradi ex nobilissima familia n. 5 Nov. 1728, Soc. ac. in Provin. Austriae 17 Oct. 1745, v. 4 nun. 2 Feb. 1754. Praeclaro linguarum ornamento ungaricae, germanicae, latinae, gallicae, et italicae praeclariora illa adjunxit Philosophiae, Physicae, Theologiae, et Mathesis, quas publice docuit. Anno 1773 degebat in Collegio Clagenfurtensi, qua in urbe extincta Societate mansit usque ad obitum qui incidit in diem 17 Martii an. 1805 summo cum maerore civium, etiam Protestantium ob suavissimos, integerrimosque mores, et summopere prolixam in egenos benignitatem. Opera = *Flora Norica* mss. quam agricolis apprime utilem laudari novi. Nonnulla etiam edidit, sed mihi nondum singillatim cognita. Wulfeni elogium texuit ephemeris politica Veneta dicta *Notizie del Mondo*. Num. 29 die 10 Aprilis 1805.

Würth Franciscus Suevus ex Dioecesi Constanstiensi, n. 4 Oct. 1722, Soc. ac. in Provin. Germaniae Super. 3 Oct. 1739, v. 4 nun. 1 Maii 1757. Plures annos Rhetoricam docuit: et anno 1773 in Collegio Friburgo-Brisgoico praeerat studiis humanitatis. Legi illum obiisse 23 Dec. 1788. Oratoriae Sacrae principatum in Germania existimabatur habere. Plurimi fiunt, ejusdem Rhetorica, et conciones typo vulgatae. Ita Cl. Anonymus Lauretanus consultus a C. Tito Cicconi S. J.

Wurz Ignatius. Viennae n. 28 Dec. 1731, Soc. ac. in Provin. Austriae 17 Oct. 1747, v. 4 nunc. 2 Feb. 1765. Professorem Eloquentiae Sacrae an. 1773 agebat in Collegio Viennensi in annum 9 summa cum laude dicendi, et scribendi sermone patrio, quem illustrare modis omnibus instituit. Extincta Socie-

tate renuntiatus fuit Curio Paroeciae Pierwart in Austria inferiori; ibi obiit 28 Aug. 1784 lugentibus incolis, quos ad omnem pietatem sermone, et exemplo assidue informabat. Opera = *Karl de la Rue Lob, und Traverreden* (Caroli de la Rue orationes panegyricae, ac funebres): tom. III. Graecii 1758 in 8 = *Ciceri sammtliche predigten* (Ciceri orationes omnes) tom. VI. Augustae 1762 ad 1764 in 8 = *Bossuet traverreden* (Bossuetii orationes funebres) 1764 in 8 = *Einleitung in die allgemeine Geschichte alter, und never zeiten* (Isagoge in universam historiam antiquam, et recentem ad usum scholarum) tom. IV. Vieunae 1765 ad 1700 in 8 = *Anleitung zur geistlichen Beredsamkeit in einem Aufzuge* (Specimen eloquentiae sacrae pro quavis solemnitate). Lipsiae 1776 = *Der Worwitzige* (Audax): est Comoedia, quam typis edidit, atque etiam alia opera poetica. Vulgavit quoque seorsus elegantissimus Auctor orationes germanicas 38, e quibus summopere laudantur quatuor istae *Gratiarum actio* ob coronationem Josephi II. *Gratiarum actio* pro recuperata salute Mariae Theresiae Imperatricis: *Oratio funebris* Francisci I.: *Oratio funebris* celebratissimi Medici Wanswieten.

Z

Zabala Michael in oppido Zornoza prope Bilbaum oppidum totius Viscaiae nobilissimum n. mense Majo 1742, Soc. ac. in Provin. Castell. Sep. 1759. In exilio Italico Hippocraticis studiis delectatus, haud exiguum sibi nomen comparavit, et medicinae Doctorum insigni accepto, eum Regium Nosocomium S. Jacobi Hispanorum, quod et pharmacorum, vel maximi pretii, copia, et in aegris sedulitate maxima levandis eminet in Urbe, in Medicum Primarium elegit. Obiit Romae post 1802. Opera = *Opuscula medica*. Romae 1791 in 8 apud Palearinios. Dicat opus Francisco Gardoqui ab Aula Hispanica Sacrae Rotae XII. viro, nunc (1816) Cardinali amplissimo. = *Lettera Americana sul sistema di medicare Brouniano tradotta, ed esaminata in Italia*; sine auctoris nomine. Romae per Bottacchium 1802 in 8: totus est in reprobando sistemate Brouniano = *Instruccion al pueblo acerca de su salud*: tomis III. m ss. quos Franciscus Elejaga Legationis Hispanicae apud S. Sedem a secretis, habuit a Zabala Matritum, ut ederentur, mittendos.

* Zaccaria Franciscus Antonius. Fidem quam fere dedi primo Supplemento, nunc integre ex solvo. En totum elementum *P.* ex Zaccariae Bibliothecula, si vis ita appellare, desumptum. Oper. = Posnaniense Collegium = Assertiones Theologicae de vera et reali Corporis Christi in Eucharistia presentia. Posnaniae. Excudebat Melchior Neringk a. 1577 in 4 Miscell. 2 6. Pisanus Alphonsus. = Explicatio verborum Domini, quibus Exodi cap. XX. primum decalogi praeceptum continetur, in theses Theologicas redacta. Ingolstadii ex typographia Weissenhorniana 1565 in 4. Vide Ingolstadiense Collegium. Peltanus Theodorus = Teses Theologicae de Sacramento Confirmationis Ingolstadii ex officina Weissen. 1565 in 4. De Simonia disputatio: Ingolstadii ex typograph. Weissen. 1566 in 4. Pirez Vascus = de est in indice, extat tamen in Bibliotheca: en titulum Operis Liçam espiritual du nacimento de Christo Nosto Señhor para a Noyte de Natal. Peltanus Theodorus = Catholica de Librorum Canonicorum numero, eorundemque anctoritate, et legitima interpretatione explicatio. Ingolstadii ex typogr. Weissen. 1572 in 4. Eiusdem disputatio de variis Scripturarum sensibus, ibidem 1570 in 4. Priscianensis Julius = In Academia Ingolstad. S. S. T. T. Doctor ac Professor ordinarius: de Sacramentis in universum disputatio. 1574. Dilingae excudebat Sebaldus Mayer in 4. Pallavicino Sforza = Ejus Italica aliquot carmina atque in his insigne fragmentum Epici poematis inscripti, Fasti sacri, extant p. 142:

335 in libro praenotato: Scelta di Poesie Italiane non mai per l'addietro stampate dei più Nobili Autori del nostro Secolo. Venetiis 1686 apud Paullum Bagliari in 8. Discimus etiam ex Prologo qui ibidem prodiit p. 145, Pallavicinum TragoediamS.Ermenegildi conscripsisse. Paterno Carolus deest. = Panormus utriusque Palladis regia Oratio habita in anni litterarii recursu 1643. Panormi ex typogr. Decii Cyrilli 1644 in 4. Palombi Nicolaus = La metamorfosi Sacra della Notte in Meriggio, Panegirico di S. Maria Maddalena de Pazzi, Genuae 1677 apud Antonium Georgium Franchelli in 4. = La Penitenza corteggiata dai Miracoli, Panegirico di S. Ranieri, recitato nel Duomo di Pisa. Genuae 1678 apud Joh. Bapt. Tiboldi, et Josephum Bottanum Socios in 4. Posnaniense Collegium = Monumenta gloriae ex gentilitiis Illustriss. Comitum a Donhoff et consanguineis Principum Procerumque insignibus, nec non e decoribus Eminentiss. et Reverendiss. Principis D. D. Joannes Casimiri Tit. S. Johan. ante portam Latinam S. R. E. Presbyteri Cardinalis Donhoff (sic): Typis Accademicis Collegii Posnan. S. J. 1687 in fol. Oratio est. Purpura Romana Emi ac Remi Principis D. D. Joannis Casimiri Donhoff. Posnaniae 1687 in fol. Carmen est. Pirot = Apologie pourles Casuistes, contre les calomniesdes Jansenistes in 4 sine loco, anno, ac typographi nomine. De Palma Joseph = Sermon Panegirico en la solemnidad festiva del glorioso San Francisco de Borja. Neapoli 1690 apud Antonium Parrinum, et Michaelem Ludovicum Mutium in 4. Posnaniense Collegium = Illmo ac Remo in Christo Patri et Domino D.Andrea de Bnin Opalinski D. G. Episcopo Posnaniensi auspicatum ad suam Sedem ingressum juventus studiosa Collegii Posnan. S. J. gratulatur. Calissii ex typog. Alberti Gedelii 1608 in 4. Peruviana Provincia = Catalogo de algunos Varones insignes en santidad de la Provincia del Perù de la Compañia de Jesus, hechopor orden de la Congregacion Provincial, que se celebrò en el Collegio de S. Pablo de Lima año de 1630. Typis Francisci de Lyra Barreti. Hispali 1633 in 4. Menologium quoddam est mensium, dierumque ordine dispositum. Papebrochius Daniel = Ad Felicem Zacchiam post caesum in propugnatione Candiae filium Josephum Rondininium altero filio Natali Rondinino orbatum (elegia). Romae typis Varesi 1661 in 8. Dal Pozzo Ludovicus = A Milano risanato dalla peste, Predica detta in Duomo. Milano per Filippo Ghisolfi in 4.... Pastorale Carità di S. Carlo, Sacro ragionamento: ibid. apud eumdem 1632 in 8. De Puteo Andreas = (deest in Bibl.) Religio quam olea coronat, et gladius. Oratio in funebri PompaClementis IX.jussu Illustriss. et Revmi D. Marci Galli Episcopi Ariminensis et in Regno Neapolitano Nuncii Apostolici Neapoli in ejusdem Soc. Templo. Neapol. ex typogr. Lucae Ant. de Fusco 1669 in 4. Pallavicino Sforza = Istoria etc. Sav. 65. 133. Arte della perfezione 68, 29: Rom. 68, 82 Lettera Rom. 68, 133. Possines Petrus = Historia rerum a Mich. Palaeologo gestarum Sav. 66, 462. Historia rerum ab Andronico etc. Sav. 71, 1. Pardies = Lettere etc. Sav. 63, 45 voyez aussi 57. Elemens de Géom. Sav. 72, 44. Discours de la Connoissance etc. Sav. 72, 125. Pallavicino Niccolò = P. Rasponi unitam. alla Sacra Real Maestà di Cristina Regina di Svezia libro primo dell'Opera intitolata Difesa della Divina Provvidenza contro i nemici della vera Religione. Roma nella Stamperia di Angelo Bernabò 1679 in fol. Contiene questo libro l'Epilogo, e la dedicazione dell'Opera. Peleprat Petrus = Soliloquios del Amante Christiano con su Amado Señor Jesu Christo, impresso en la Puebla apud Viduam Joh. de Borja 1665 in 16. Possevinus Antonius = Responsiones ad nobilissimi viri Septentrionalis interrogationes qui de Salutis aeternae comparandae ratione, ac de vera Ecclesia cupiebat institui. Additus

est modus, quo verbum Dei et Patrum libri legendi, ac legitima Concilia ab illegitimis discernenda sunt. Catalogus item auctorum qui adversus haereses adhibendi sunt opera Nicolai Mylonii in luce editae Ingolstadii, excudebat Wolfgangus Ederus 1583 in 16. Haec tertia editio est, sed priores duae aliquibus de causis Auctoris nomen tacuerunt.... Interrogationes et responsiones de processione Spiritus S. a Patre, et filio desumptae ac breviore et dilucidiore ordine digestae ex libro Gennadii Scholarii Patriarchae CP. ab Antonio Possevino in gratiam, et utilitatem Rutenorum. Ingolstadii typis iisdem in 16: 1583... Adversus Davidis Chytraei haeretici imposturas, quas in oratione quadam inseruit, quam de statu Ecclesiastico hoc tempore in Graecia, Asia, Africa, Ungaria, Boemia inscriptam edidit, et per Sueciam, ac Daniam disseminari curavit: ibidem apud eumdem 1583 in 16. Polancus Joannes = Breve directorium etc. Maceratae apud Sebastianum Martellinum 1576 in 12. Della Palma Stephanus = Memoriale degli obblighi che ha il Cristiano nell'ultima infermità, e nel tempo vicino alla morte.... tradotto dal Sig. Eraclio Vecchi. (i. e. Francisco Rainaldo) Cetera extant in Bibliot. Pinamonti = La vera sapienza, ovvero considerazioni utilissime all'acquisto del S. Timor di Dio. Bononiae apud haeredes Pisani 1687 in 24... Lo specchio che non inganna, ovvero la Teorica, e la Prattica della cognizione di se stesso. Florentiae in typographia M. ducis 1686 in 12... L'albero della vita, ovvero i pregi ed i frutti della S. Messa. Florentiae apud Caesarem, et Franciscum Bindi in 24 sine an. Pavoni Franciscus = Manuale di alcuni ricordi spirituali con diverse Meditazioni, ed istruzioni per introdurre Esercizj di pietà, e per insegnare la Dottrina Cristiana, così nelli fundachi, come nelle Chiese, col modo tenuto in frutticare nelle anime l'anno 1601 nella Città di Napoli, stampato all'ora per ordine dell'Illmo, e Rmo Card. Gesualdo Arcivescovo di Napoli, e di nuovo ristampato in Napoli nella Stamperia di Tarquinio Longo 1608 in 12, tacito auctoris nomine. = Meditazione del Sacrificio incruento, ovvero della S. Messa: ibid. per eumdem 1614 in 12 tacito Auctoris nomine = Contemplazione sopra la formula d'offrirsi a Dio, della Congregazione dei Chierici dell' Assunzione in Napoli nel Collegio della Comp. di Gesù in 12 sine anno etc. = Meditazione per gli Esercizi Spirituali purgativi, cavati dalla prima parte delle Meditazioni della stessa Congregazione dei Chierici. Neapoli apud Lazarum Scoriggium 1621 in 12 = Novena degli Angeli, ovvero esercizj spirituali per apparecchio alla santissima Festa di Pentecose. Neapoli apud Scoriggium 1627 expresso Auctoris nomine in 12 = Meditazione della B. Vergine N. S. con un modo di esercitare la sua divozione, e di recitare e meditare il suo Rosario, e la Corona grande e piccola: ibid. apud Scorrigium 1614 in 12: tacito, ut supra, Auctoris nomine = Meditazione della conformità alla volontà di Dio con una utile istruzione (expresso auctoris nomine) Neapoli apud Scoriggium 1630 in 12. Piatti Domitius = Breve trattato dell'orazione mentale in 8 absque anno, typographo, loco etc. Pedralbes Franciscus = Orazione funerale nelle solenni esequie di Filippo quarto cognominato il Grande. Neapoli apud Hyacinthum Passarum 1666 in 4. De Pineda Joannes = Sermon en el primer dia del Octavario votivo a la immaculada Conception de la Santissima Virgin. Hispali 1615 apud Alphonsum Rodriquez Gamarra in 4. Poza Joh. Bapt. = Primeras lecciones que por la Catedra de Placitis Philosophorum, y por las de los Maestros ausentes hizo en la primera fundacion de los Reales Estudios del Collegio de la Compañia de J. de Madrid. Matriti in typographia Regni 1624 in 4. Pardo Emmanuel = Sermon à la memoria, que el insigne Collegio Mayor de S. Idelfonso repite cada año a su Padre y Fundador, y de toda la Univer-

sidad de Alcala el Emo Card. D. frai FranciscoXimenes de Cisneros. Alcalà in Officina Antonii Vasquez 1641 in 4. Pimentel Franciscus = Sermon en les Exsequias de la Reyna D. Isabella de Borbon. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1645 in 4. En integrum elementi Pindicem absolutum. Verbo *Pallavicino Sforza* = *Istoria etc.* compendiariae ille notae, *Sav.* 65. 133 fortasse non male explicantur (Vide) *Journal des Savan*. Volumine, seu anno 65 pag. 133: et sequentes *Rom.* 68. 82 (Vide) *Giornale Romano* volumine, seu anno 68 pag. 82; et ita de caeteris. Verbo *Della Palma Stephanus* ad orationem *caetera*; quae sequitur vox nec ab ipso Cl. Cernitori Zaccariae contubernali intelligi potuit; unde mihi permissum arbitratus scripsi *extant* continuando cum Zaccaria *in Bibliotheca*. Vehementer timeo Lectores iam esse pertaesos longioris quam eorum sententia aequum esset, orationis de Zaccariae scriptis. Quantum mihi taedii devorandum fuerit illis perpendendum relinquo, in legendo manuscripto pessimis formis exarato. Sed tamen adhuc est mihi tentanda eorum patientia, Zaccariae sequentium operum commemoratione = *Richiamo di un Prete Teologo Romano per la voce della verità etc.* valide oppugnat libercul∣m editum 1787 inscriptum *La voce de la verità, o sia rispettosa rimostranza di un Teologo Catolico al Sommo Pontefice relativa alla condanna del libro* Cosa è il Papa? Zaccariae oppugnatio extat in Giornale Ecclesiastico di Roma, in tomo nono Supplementi: et est opus posthumum = In eodem tomo nono. Supplementi extat Zaccariae epistola *Joanni Stiltingo, et caeteris Bollandianis Sociis*, in qua plura sunt ad illustranda Acta Sanctorum; Extat etiam ibidem alia ejusdem epistola nostro *Patri Friderico Sanvitali*, in qua nonnulla non probat, quae Cardinalis Querini scripserat in defensionem Pauli secundi.

Zacco Josephus, Mutycae n. 2 Aug. 1716, Soc. ac. in Provincia Sicula 10 Nov. 1731, v. 4 nunc. 15 Aug. 1749. Philosophia, ac Theologia traditis Collegio Mutycensi praeerat anno 1766. Opera = *Elegiae 8 SS. Dei Genitricis octo praecipua festa continentes*. Viterbii per Josep. Poggiarelli 1780 vivente Auctore. Praeter has 8 elegias non inelegantes extat etiam versu elegiaco *paraphrasis* in canticum Deiparae *magnificat*.

Zaluskowski Joannes n. 8 Martii 1727, Soc. ac. in Provin. Poloniae majoris 14 Sep. 1743, v. 4 n. 2 Feb. 1761. Plures annos Rhetoricam docuit, et post extinctam Societatem obiit = *Disputatio de Societate virtutis, ac naturae, seu responsio ad quaestionem unam e tribus ab Academia Vesontina propositam; quanta sit nimirum ex probis moribus ad naturae dotes accessio*. Calisii 1764 in 4. Dum praefationem primi Supplementi edebam ignorabam plane Joannem auctorem esse hujus disputationis: itaque emendandum est quod scripsi pag. 9 dictae praefationis.

Zanchi Josephus, Flumine nobilibus genitoribus n. 24 Aug. 1710, Soc. ac. in Provin. Austriae 1725, v. 4 nunc. 2 Feb. 1744. Mathesin, Philosophiam, ac Theologiam plures annos cum plausu fuit professus. Collegium Viennense moderabatur anno 1773. Extincta Societate illustri Canonicorum Collegio Goritiensi fuit adscriptus. Opera = *Scientia rerum naturalium, sive physica ad usus academicos accomodata*: tom. II. Viennae Austriae 1748 in 4: ex Francisco Ant. Zaccaria. *Stor. Lett. d'Italia*: tom. primo = *Philosophia mentis, et sensuum ad usus academicos accomodata etc.* tom. IV. Viennae Austriae per Leopoldum Joannem Kaliwoda 1750. Praecesserunt, aliae editiones minus auctae = *Institutiones Theologicae etc. Tomus primus de Gratia*: ibid. 1754 per Trattner in 4; et dicatur Archiepiscopo Viennensi = *Tomus secundus de virtutibus Theologicis*: ibid. 1755.

Zandt Julius Maria natione, et ortu Germanus, n. 13 Maii 1722, Soc. ac.

(Castris Lutheri relictis)in Prov. Neapolitana 21 Sep. 1748, Veteranorum Adjutorum vota nunc. 2 Feb. 1759. Neapoli an. 1766 Socius erat Francisci de Paula Cardell, e Provincia Bohemiae, quem Carolus III. constituerat suorum Filiorum Praeceptorem. Ad Sacerdotalem dignitatem evectus, fructuosam operam dedit piis libellis germanicis italice vertendis. Obiit Venetiis anno ni fallor 1800. Opera = *Manuale di divozioni verso l'amantissimo Cuore di Gesù*. Neapoli apud Josephum Raimondi 1764. Est interpretatio operis germanici Francisci Schavenbur S. J. Dignum est quod legatur judicium doctissimi viri Alexandri Mariae Kalephati opusculum approbantis = *Considerazioni sulle verità eterne etc.* (tacito nomine) Romae typis Puccinelli 1794 in 8. Est interpretatio operis germanici Josephi Pergmayer S. J.

Zanner Ignatius Eustadii natus 30 Jul. 1725, Soc. ac. in Provin. Germaniae Super. 13 Sep. 1741, v. 4 n. 2 Feb. 1759. In Collegio Friburgo-Brisgoico an. 1773 disciplinas mathematicas summo docebat plausu in annum 14um Regius, ac Caesareus Professor. Ope. = *Elementa geometriae planae, rigida quidem veterum, sed faciliore methodo demonstrata*. Friburgi 1770 in 8 = *Propositiones Selectae ad uberiorem geometriae planae tractatum pertinentes*, ib. 1770.

Zanoni Petrus Antonius (nomen Antonius non semper sonat in Catalogis) Rhegii Mutinae n. 19 Ap. 1723, Soc. ac. in Provincia Veneta 16 Oct. 1743, v. 4 n. 2 Feb. 1759. Concionibus habendis plures annos impendit. Extincta Societate a consiliis Theologicis fuit Episcopo Cerviensi Joann. Bapt. Donati. Cerviae obiit 28 Junii 1786 = *De Salinis Cerviensibus Carminum libri tres*. Cesaenae 1786 in 8; quos dicat eidem Episcopo. Hoc elegans poema eleganter quoque vertit italice Adeodatus Reffi, ut asserit Franciscus Carrara in Dictionario etc.

Zauli Josephus Maria illustri familia Faventiae n. 31 Maii 1712, Soc. ac. in Prov. Veneta 16 Oct. 1727, v. 4 n. 15 Aug. 1745. Plures annos concionatorem egit in Veneta Professorum domo usque ad extinctionem. Opera = *Vita del B. Pietro Acotanto* = *Vita della B. Giuliana di Collalto* = *Trattato della pluralità de' Mondi*. Est versio ex gallico Dñi Fontenelle. Ex Carrara.

Zebrowski Thomas, Lithuanus, n. 25 Nov. 1714, Soc. ac. in Prov. Lithuaniae 6 Aug. 1732. Humaniores litteras docuit. Posteaquam Pragae praeceptore Josepho Stempling mathematicas didicerat, in Provinciam rediit, ubi in Collegio Vilnensi illas edocebat anno 1758, et praeerat fabricae Speculae Astronomicae. Extat ejusdem epistola ad suum Magistrum scripta Vilnae Noveb. 1752, ubi problemata a nostro Martino Bistrzcky proposita ac soluta, alio modo se resoluta mittit, simul cum observationibus Thermoscopicis; et pollicetur alias deinceps se missurum simul cum Barscopicis. Extat in Josephi Stepling *Litterarum Commercium*. In altera epistola data Vilnae 30 Sept. 1756 rationem affert, qua veram elevationem poli Urbis Vilnensis deprehenderit.

Zech Franciscus Xaverius Ellingae in Franconia n. 23 Dec. 1692, Soc. ac. in Provin. Germaniae Super. 3 Oct. 1712, v. 4 nunc. 2 Feb. 1727. Traditis Poetica, Philosophia, et Theologia, cujus Doctorum titulis, et insignibus fuit decoratus, totum se juri Canonico elucidando dedit, quod publice docuit annos saltem 33, ea doctrinae laude, ut inter juris Ecclesiastici peritos, ac Theologiae Doctores, qui in Germania, et numero, et eruditione quam maxime vigent, locum eminentem obtineret. Obiit vir doctissimus in Collegio Monacensi Provinciae Bavaricae 15 Martii 1772. Opera = *Rigor moderatus doctrinae Pontificiae circa usuras etc.* Ingolstadii typis Joan. Pauli Schleig 1747 in 4. Continet 3 eruditissimas dissertationem, in quibus Benedicti XIV. constitutiones circa usuram explicat, Universitatem Ingolstadiensem defendit, et Adversa-

rio perquam modeste respondet. Dicatur prima Joanni Theodoro Cardinali Episcopo Leodiensi, Frisingensi, et Ratisbonensi, utriusque Bavariae Duci: Secunda Angelo Mariae Quirino, Cardinali, et Episcopo Brixiensi. Dictae tres Dissertationes una cum Honorato Leotardo de Usuris editae fuerunt Venetiis 1760 in fol. apud Petrum Savioni; et ibidem iterum ipsae solae 1763 in 8 typ. Antonii Zatta = *Praecognita juris Canonici etc. Ingolstadii* 1749 typis Joa. Pauli Schleig in 8 = *Hierarchia Ecclesiastica ad Germaniae Catholicae principia et usum delineata*: ibid. 1750 in 8 = *De jure rerum Ecclesiasticarum*. Pars prior: ibid. 1758 in 8. Dicatur Raymundo Antonio Episcopo Eustettensi = *Pars Posterior*: ibid. 1762 in 8 typis Mariae Annae Schleigin Viduae = *De Judiciis Ecclesiasticis*: *Pars prior*: ibidem 1765 = *Pars posterior*: ibidem 1766 typis Joann. Caroli Gran in 8. His 6 laudatis tomulis jus universum Canonicum eleganter, et erudite exponit = *Benignitas moderata Ecclesiae Romanae in criminosos ad se confugientes* Ingolstadii 1761 in 4. Typis Mariae Annae Schleigin: hujus Dissertationis compendium inseruit Zechius parti posteriori *De judiciis Ecclesiasticis*. = *Dissertatio politico-legalis de ambitu*: Ingolstadii 1752 in fol. typis Joa. Pauli Schleig. Dicatur Maximiliano Josepho, Electori, et Duci Bavariae = *Dissertatio juridico-canonica de Sponsalibus Academicorum absque consensu Parentum contractis, cum Appendice de in integrum restitutione minorum contra sponsalia*. Ingolstadii 1754 tacito auctoris nomine: quam ipse Zechius laudat in parte priori *De jure rerum Ecclesiasticarum* = *Decas dubiorum de peculio Clericorum in fol.* = *Casus ad caput* Scriptum est 40 de electoris, et electi potestate = *Responsum juris ad quaestionem*: An Scholastici S. J. post biennium Novitiatus possint habere usum bonorum paternorum, etiam emissis votis simplicibus? in 4 = *De testamento, quod valeat, etiam in foro externo, licet sit sine solemnitatibus conditum*.

Zeiler Joan. Nepomucen. Reittensis, Tyrolensis, Dioecesis Augustanae n. 23 Maii 1749, Soc. ac. in Prov. Germaniae Superioris 28 Sep. 1767, in cujus Augustano Collegio anno 1773 nondum Sacerdos latinam linguam tradebat. Oper. = *Theoria gravitatis terrestris*. Aug. Vindel. suptibus Matthaei Rieger 1784 in 8. Legi Zeilerum obiisse 26 Feb. 1791.

Zeleny Franciscus; ex Provincia Bohemiae, in cujus Collegio Pragensi ad S. Clementem Professor fuit linguae Graecae, et Hebraicae, SS. Patrum Graecorum Interpres, et Regius Examinator Theologorum, et Historiae Ecclesiasticae studiosorum. Erat in vivis anno 1763: sed nequaquam attigit 1770. Opera = *Dissertatio de pronuntiatione nominis Divini Jehova*: Extat in tomo secundo *Thesauri Theologici* edito Venetiis 1762; et prius edita fuerat seorsim, Pragae, ut videtur, typ. Francisci Ignatii Kirchner 1756 in 8, eadem inscriptione: hoc tantum discrimine quod *Jehova* effert litteris hebraicis יהוה. = *Praecipua de Messia Dei filio Prophetarum oracula selecta ex hebraico textu ... explanata*. Pragae typ. Academicis 1755 in 4. = *Institutiones linguae Sanctae* 1756 Pragae: apud Franciscum Ignatium Kirchner in 8 = *Ordo Radicum hebraearum cum derivatis* 1759 in 8 ibidem.

Zeplichal Antonius Michael, Trebitschiae in Moravia n. 13 Maii 1737, inter Philosophiae Doctores cooptatus Regius fuit Director Universitatis Wratislaviae. Opera = *Geometria curvarum ad Physicam adplicata*. Wratislaviae 1769 = *De juris naturalis prudentia libri III. ad faciliorem institutionem commoda Philosophica methodo comparata*, ibid. 1772 = *Juris necessitatis principia philosophica*: ibid. = *De methodo montium altitudines metiendi*: ibid. = *Entwurf der Boscowitschen Naturlehre* (Idea physicae Boscowichianae (ibid. 1769 = *Einleitung zu der Bergmannischen Kenntisz des Erdballs*

(Isagoge in minerarologicam cognitionem globi ;) ibidem 1771 = *Entwurf einer Weltgeschichte nach einer chronologitchen Tafel etc.* (Isagoge in mundi historiam cum tabula chronologica ad usum Juventutis) ibidem 1774 in 8 = *Neveste geographie etc.* (novissima geographia) ibidem 1774 in 8 = *Schulreglement sur die Universitat in Breslau un dieKatolischenGymnasien etc.* (Statuta universitatis Wrastilaviensis, et gymnasiorum Catholicorum , in Silesia , et in Comitatu Glacensi) ibid. 1774 in 8 = *Kurzer Unterricht in der Rechenkunst , und Meszkunst* (Brevis instructio arithmethicae , et longimetriae) ibid. 1775 in 8 : partes duae = *Lateinische Spraechlehre , und grammatische Chrestomathie etc.* (Grammatica latina etc.) ibid. 1776 in 8 . Ex Austia docta . Ex viro oppido erudito habui Zeplichal e Societate esse. Relinquo aliis majorem disquisitionem de Zeplichal, quem suspicor Jesuitam non esse , quia illum minime invenio in Catalogis Bohemiae an. 1763 , et 1772 , quae Provincia anno 1749 habebat Wratislaviae (Breslau) Collegium , atque etiam Convictum , ut constat ex Catalogo Provinciarum , Domorum etc. S. J. edito Romae per Komarek 1749 in 4 . Neque locum habet in Catalogis ProvinciaeAustriae . Fortasse e Societate discessit : vel si mavis tyrocinium in Societate posuit haud multo pridem , quam illa extingueretur .

Zillich Nicolaus . Opera = *Concordia vulgatae latinae cum fonte Hebraico* . Viceburgi : Ex Zaccaria *Saggio critico della corrente letteratura Straniera* , tom. III. In catalogo Provinciae ad Rhenum Superiorem anni 1753 ad 1754 lego Nicolaum Zillig (non Zillich) Professorem esse linguarum Orientalium Seminarii Carolini Heidelbergensis .

Zimmermann Josephus ex Dioecesi Constantiensi , n. 15 Oct. 1737 , Soc. ac. in Provin. Germaniae Super. 28 Sep. 1755 , v. 4 nun. 2 Feb. 1771 . In Solodorano Collegio anno 1773 , Rhetoricam profitebatur in annum septimum . Aliquot edidit opera in usum Juventutis : ita Anonymus Lauretanus a Cl. Tito Cicconi consultus .

APPENDIX

A

Adami Joa. Nepomucenus Hungarus Schemnitii n. 26 Junii 1738, Soc. ac. in Prov. Austriae 17 Oct. 1754. Rhetoricam, ac Poesim docuit; et an. 1773 Philosophiam morum explicabat in Jaurinensi Collegio. Opera = *Systema Anti - Philosophicum de origine Civitatis*. Posonii typis Joa. Nepomuceni Schauff 1801 in 8. Auctor in hoc opere se vocat Artium Liberalium, et Philosophiae Doctorem, Historiae Statuum, et Statisticae Emeritum Professorem Academiae Regiae Posoniensis; quos titulos, honores, et munera Auctor extincta Societate fuit adeptus concedente, seu potius jubente Aula Caesarea Viennensi. Non probat Grotii, Puffendorfii, et aliorum sententiam definientem Civitatis originem primariam, seu causam occasionalem fuisse publicam, idest, internam una, et externam Patrum familias familiarumque securitatem; sed vult Patriarcas originem primis omnibus Civitatibus dedisse: qua positione una cum ReligioneImperium magis sartum tectum iri confirmat: libertatem, et aequalitatem gallicam oppugnat, cui videntur praeire Grotius et ejus alumni, volentes statum hominis naturalis esse statum libertatis, et aequalitatis, ex quo consectaria fluunt periculosa, ac Principibus, ac Regnantibus adversa.

* Andres Joannes = *Memorie Accademiche*: in 4: continet pag. 32 tacitis loco, quem Neapolim existimo, et anno, sine dubio 1816. Perquam erudite disserit de interpretibus Commentariorum Eustathii in Illiadem, et Odysseam Homeri = *Anecdota graeca, et Latina ex m ss. Codicibus Bibliothecae Regiae Neapolitanae deprompta. Volumen primum. Prodromus*. Neapoli 1816 ex Regia typographia in 4. Originem, progressum, et fortunas Bibliothecae Neapolitanae summa eruditione, et elegantia describit: et a pagina 110 usque ad operis exitum carmina nunquam edita, et in Codicibus dictae Neapolitanae Bibliothecae asservata affert illustrium Poetarum Balthasaris (ceu Tranquilli) Molossi, cujus est maxima carminum pars: Josephi Nigri Junioris, Cremonensis: Petri Summontii; Jacobi Caelani: Evangelistae Bladarli: et Fed. Por. (quas notas compendiarias Clar. Andrés non explicat mihi omnino ignotas.)

* Arteaga Stephanus: In Anthologia Romana tomo XVIII. extat ejusd. egregia epistola ad Franc. Anton. Gardoqui nunc (1816) Cardinalem amplissimum in Philippi secundi defensionem, qui a Victorio Alfiero acusatur ut occisor sui filii Caroli.

* Avesani Joachimus = *La Grilleide, ossia la caccia de grilli, ed altri versi analoghi a questo Soggetto*. Mediolani 1815 in 12: ex Catalogo Bibliopolae Antonii Fortunati Stella. Mediolani 1816.

Baruffaldi Hieronymus Ferrariae n. 10 Jul. 1740, Soc. ac. in Provin. Veneta 13 Oct. 1756. In convictu Parmensi Nobilium an. 1765 litteras humaniores docebat; et in Collegio Brixiensi S. Mariae Gratiarum anno 1766 Rhetoricam profitebatur. Anno denique 1772 exeunte, tertia probatione exercebatur Novellariae: Opera = *Della Biblioteca publica Ferrarese Comentario istorico*. Ferrariae per Josephum Rinaldi 1782 in 8: quod opus dicat Auctor Joa. Mariae Riminaldo Auditore id temporis Romanae Rotae, Cardinali deinceps amplissimo. = *Della tipographia Ferrarese dall'anno 1471 al 1500. Saggio letterario bibliografico*. Ferrariae per Josep. Rinaldi 1777 in 8. In fine hujus opuscoli, quod extat in Bibliotheca Casanatensi, legitur haec adnotatio: *Questa opera ha bisogno di aggiunte, e correzioni le quali*

l'Autore ha preparato, e forse si stamperanno col titolo di Annali tipografici Ferraresi. Auctor manu propria 1781.

Benincasa Valerius n. 7 Maii 1747, Soc. ac. in Provin. Veneta 13 Oct. 1763 Humanitates docebat in Collegio Mutinensi ann. 1772. Op. = *L'Eroe senza pari, ossia Codro, ultimo Re d'Atene Tragedia*. Modoetiae 1811 in 8: ex catalogo Antonii Fortunati Stella Mediolani 1816.

* Bondi Clemens: in anthologia Romana tom. XVIII. pag. 411 dicitur Biondium laudationem funebrem *eloquentissimam* de Leopoldo secundo Mantuae dixisse; quam editam fuisse puto.

* Borgo Carolus: Ejus *Memoria Cattolica* extat etiam in opere inscripto *Anedoti interessanti di Storia, e di Critica sulla memoria Cattolica*. 1787 in 8 tacitis Auctore, loco, typographo, et anno. Idem Borgo a nonnemine existimatur haec anecdota ponderosa scripsisse.

Boscovich Bartholomaeus Rogerii Josephi Germanus Frater, Ragusae n. 27 Ap. 1699, Soc. ac. in Provin. Romana 31 Oct. 1714, v. 4 nunc. 15 Aug. 1732: Multis Societatis muneribus rite obitis concionabatur Recineti; ubi obiit 5 Maii 1770. Op. = *Carmina*; extant in opere inscripto *Carmina Recentiorum Poetarum Septem e S. J. etc.* Cremonae 1772 ex typograp. Ricchiniana in 8. Tres sunt omnino Eclogae, e duae elegiae, quarum singulae; sed maxime ni fallor inscripta *Patriae Desiderium*, ostendunt plane Bartholomaeum dignum fuisse, qui pro Patria Parnassum haberet.

Bruni Petrus Antonius Aloysius Venetiis n. 20 Jul. 1744, Soc. ac. in Prov. Romana 19 Oct. 1766, in cujus Maceratensi Collegio an. 1772 latinitatem docebat in quartum annum. In restitutam Societatem rediit: et nunc (an. 1816) Sodalitati Bmae Annuntiatae praeest in Romana Professorum domo. Op. = *Della Architettura Orazione*. Venetiis apud Petrum Savioni in 4 sine anno, quem puto fuisse 1777; quia hoc anno, mense Martio, die 10 hanc de Architecturae laudibus orationem habuit ad publicam Venetam Academiam Picturae, Sculpturae, et Architecturae. Subjiciuntur eruditae annotationes orationis argumento illustrando. Illud observandum est, ut confusio vitetur, Brunium in Catalogis Romanis nomine *Antonius* privari; sed in Catalogo Sociorum, et officiorum Soc. J. in Ditione Pontificia die 19 mense Majo an. 1815 illi nomen restituitur, sed nomine *Aloysius* ille privatur.

* Catalani Michael = *Aeneae Sylvii de Picolominibus* (Pii II.) ... *de rebus Basileae gestis stante vel dissoluto concilio Commentarius etc.* Firmi apud Jos. Alexandrum Paccasassium 1803 in 4. Incremento, ac splendori auctoritatis Rom. Pontificis augendis Catalanus hunc commentarium invenit in Bibliotheca Vaticana jacentem, numquam editum, ac nemini fere cognitum, quem eleganti dicatione consecrat Aloisio Valentio Gonzaghae Cardinali, Antistiti Albanorum, et Romanae Ecclesiae a Bibliotheca. Elegantem dicationem sequitur eruditum proemium, in quo disserit de aetate hujus codicis, et de manu qua fuerit scriptus, quam robustis argumentis convincit esse ipsius Æneae manum: et codicem ab Ænea incoeptum fuisse ante annum 1450, et absolutum fuisse labente anno 1451. Absoluto Æneae commentario, veniunt 78 annotationes, quibus summa Catalanus eruditione commentarium illustrat. Hoc enim Commentario Æneas, dum tantum esset Episcopus Tergestinus ea revocavit, quae de praestantia Conciliorum prae Summo Pontifice prius scripserat; agens de Concilio Basileensi; in qua mentis, et sententiae mutatione haud minimam partem habuit suis monitis, ac consiliis Cardinalis Joannes Carvajalius, Hispanus, Vir summus, qui in Æneae familiaritatem bene penitus se dederat. Gratiam, quam possum maximam, refero doctissimo Viro Francisco Cancellieri, scriptis suis quacumque de re plurimis notissimo, qui

me de hoc pretiosissimo commentario edocuit, legendum que nt est idem urbanissimus dedit. Tacebunt in posterum Febroniani Æneam aliquando pecantem inculcantes, et peccata sua revocantem nobis inculcare non cessent.

Chome Ignatius, Duaci n. 31 Julii 1696, Soc. ac. in Prov. Gallobelgica 28 Sep. 1715, v. 4 n. Disciplinarum mathematicarum, et linguarum latinae, Hebraicae, Graecae, Gallicae, Germanicae, Anglicanae peritus, quibus adjunxit postea linguam Hispanicam, et varias Americanas. Ob suam singularem eruditionem iam iam destinandus crat a Superioribus Socius, et Comea Hagiographorum Antuerpiensinm; sed infidelium ad Religionem Christianam adducendorum ardore inflammatus, a Praeposito Generali facultatem impetravit Provinciam Paraquariam adeundi. Profectus igitur ex Provin. Gallobelgica ann. 1727 solvit e Gadibus 1729. In Paraquaria praestantissimus fuit Missionarius, pluresq. nationes barbaras politicam ad urbanitatem, et fidem adduxit. Summopere tentavit, pluraque pericula subiit, ut cicuraret Chiriguanas (natio ferocissima, quae ut scribit Nicolaus del Techo Soc. J. uno non integro saeculo jugulavit centum millia aliarum Nationum Americanarum). Vir de illis Provinciis egregie meritus, anno snae vitae 71, cum in lecto paene moriens decumberet, ob Praetoris ferocitatem actus fuit in exilium illud generale hispanicum, obiitque medio in itinere terrestri in oppido Oruro 7 Sep. 1768 = *Epistola ad Patrem Vanthienem scripta* 1730: extat in opere *Lettres Edifians*: Collectione 22 = *Alia ad eundem* scripta 1732: ibidem = *Alias ad eundem* scripta 1735: ibidem collectione 24 = *Alia ad eundem* scripta 1738: ibid. collec. 25. Reliquit m ss. = *Grammaticam*, et lexicon linguae *Zamucorum* = *magnum dictionarium linguae Chiquitae*, cujus grammaticam in meliorem ordinem redegit = *Thomam Kempensem de contemptu mundi*, chiquite = *Nieremebergii differentiam rerum temporalium*; chiqnite = *historiam Chiquitorum* tomis duob. in fol. nescio hispanice, seu potius latine = *Conciones plures*, chiquite = Plures egregias epistolas ad eruditos viros urbium Limae, et Chnquisachae, refertas observationibus astronomicis physicis, et historiae naturalis, dignissimas, quae typis edantur.

Colombo = *Catalogo di alcune opere attinenti alle scienze, alle arti, le quali quantunque non citate nel Vocabulario della Crusca, meritano per conto della lingua qualche considerazione. Aggiuntevi tre lezioni su le doti di una culta favella*. Mediolani typ. Mussi 1812 in 8: ex Catalogo edito Mediolani 1816 Bibliopolae Antonii Fortunati Stella, qui Auctorem mirifice laudat. In Collegio S. J. Mediolanensi an. 1772 Joannes Dominicus Colombo Repetitor erat Theologiae: qui ortum habuit 17 Aug. 1746, Societatem in Provincia Mediolanensi amplexus 11 Jun. 1766. Est ne Auctor, hujus Catalogi?

* Eckel Josephus = *Doctrina numorum etc.* primo Supplemento laudata iterum innumeris accessionibus locupletata prodiit tomis VIII. = *Lezioni elementari di numismatica antica etc.* Romae 1808 typis Pagliarini: Est interpretatio ex Germanico facta a Patre Domino Felice Caronni ex praeclarissima Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli (Barnabitae) quam dicat Interpres Francisco Fontana, nunc (1816) amplissimo Cardinali, qui Felicem induxerat ad hanc versionem suscipiendam, ut Juvenes Scholastici dictae inclytae congregationis ex his elementis proficerent, et erga studium numismatum excitarentur = *Manuale Doctrinae numorum Veterum a celeberrimo Eckelio a D. Felice Caronno in Compendium redactae*: Ibidem omnino. Doctissimus Synopsis Auctor illam dicat eidem doctissimo Cardinal, quocum magna Eckelio necessitudo intercessit.

Eder Franciscus Xaverius ex Provincia Austriae, in qua fuit Societatem ingressus, in Peruanam navigavit Americanis Meridionalibus non Christianis reli-

gionem Christianam daturus, etiam Christianos in religione, et ingenii, morumque cultura conservaturus et aucturus, quod optime perfecit in Provincia Mossorum, ubi 15 annis Curionis munere eorum salutem, et politiam procuravit. Nec culturae sudoribus maligne respondit proventus, pluribus eorum ad Christum adductis. Exilio Hispanico ad Austriacam Provinciam rediit, in cujus Neosaliensi Collegio obiit 17 Apr. 1772. Opera = *Descriptio Provinciae Moxitarum* (Hispanice Moxos) *in Regno Peruano, quam e scriptis posthumis Fr. Xaverii Eder ... digessit expolivit, et adnotatiunculis illustravit Abb. et Consil. Reg. Mako*. Budae typis Universitatis 1791 in 8. Jucunditatis, et elegantiae plena est haec descriptio morum, artium, ac caeremoniarum Moxorum, et plantarum, avium piscium, ferarum etc. hujus regionis. Ex pag. 32 scimus Specimen historiae naturalis Chilensis italice a Molina (quem vide) scriptum, germanice fuisse versum, titulo *Versuch einer Naturgeschichte etc.*

Elizalde Urdiroz Michael in oppido Orbain Dioecesis Pampelonensis n. mense Majo 1747, Soc. ac. in Prov. Castellana 15 Martii 1766. In expulsione Hispanica coactus cum caeteris Tyronibus in Patria remanere, Philosophiae, ac Theologiae, cujus Doctorum Collegio fuit adscriptus, opera diligenter navata, Sacerdotio inauguratur. Eum Pampelonensis Antistes Curionem constituit, Virginibus D. Petro sacris Praesidem, Institutorem ingenuorum Juvenum a nobili Episcopi famulatu, Examinatorem ut vocant, Synodalem, ac denique Sacellanum primarium severioris disciplinae Virginibus Augustinianis. His splendidis muneribus summa cum laude obitis, tam longe abfuit a rude accipienda Michael, qua vir 70 annis gravis domi conquiesceret, ut restituta a Ferdinando Septimo in Hispaniam Societate, impigre Matritum venerit, ibique eidem Societati accesserit 6 Maii 1816. Opera = *Exercicios de devocion a S. Luis Gonzaga*. Pampelone 1787 typis Josephi Longas in 8. Est interpretatio operis gallici interpretantis etiam opus Italicum auctore Bartholomaeo Galpin Gallo e Provincia Franciae S. J. qui ab anno 1758 usque ad Societatis extinctionem Poenitentiarius fuit in Basilica D. Petri Romana. Galpinium fere suspicor auctorem esse tum gallici, tum italici hujus operis. Compertum habeo eum gallice vertisse vitam D. Aloysii italice conscriptam a Virgilio Cepari S. J. ac Parisiis edidisse an. 1788 apud Prevost, titulo *La Vie de S. Louis de Gonzague*. Praecesserat longe prius versio gallica Antonii Balinghen. Galpinius ortum habuit 16 Maii 1711, Soc. ac. in Provin. Franciae 8 Oct. 1732 v. 4 nunc. 2 Feb. 1748. Ab anno 1758 usque ad Societatis extinctionem Poenitentiarius fuit in Basilica Romana D. Petri. Obiit Romae, anno, si bene memini, 1790 = *Descuidos del Doctor D. Joaquin Lorenzo de Villanueva ... en su obra de la leccion de la Sagrada Escritura en lenguas vulgares demostrados por el Doctor Don Guillermo Diaz Luzeredi* (anagramma nominum Michaelis etc.) Pampelone 1793 per Josephum Franciscum de Rada in 4. Oppugnatur acriter Doctor Villanova summo conatu volens quascumque sacras scripturas vernacula lingua esse legendas. Operis Luzeredi, 200, et amplius exemplis iam venditis aut dispersis, vetita fuit politice venditio; sed anno 1812 eruditissimus vir Julius Pastor Perez, nunc summi in beneficiis conferendis, et justitia tuenda Regii Administri a secretis, inhibitionem cessare confecit. Accessit praeterea Luzeredii operi haud exigua laus ex doctissimo Francisco de Alvarado ex inclyta Dominicana familia, ad Supremum Inquisitionis Tribunal ob religiosam morum integritatem, et doctrinae praestantiam evecto. Hic tantus, talisque vir, acerrimus Villanovae oppugnator, in suis gravissimis litteris, quas edidit titulo El *Filosofo rancio* (Philosophus priscae probitatis) perplurimum laudat Luzere-

dium, quem nullomodo cognoverat = *Disertacion a favor de la Suprema autoridad del Romano Pontifice sobre todos los Concilios*: Pampeloue 1815 typis Joachimi Domingo. Plura m ss. edenda Elizaldius habet, in his interpretationem hispanicam Vitae Beati Francisci de Hieronymo conscriptam italice a Longaro degli Oddi S. J.

* Eximeno Antonius, neque laude poetica in pangendis carminibus Hispanicis caruit, quorum aliquot leguntur iu opere *Fiestas seculares*, auctore nostro Thoma Serrano.

* Giovinazzi VitusMaria:ejus elogium texuit Clar. Franc. Cancellierius sermone italico; et extat non expresso Cancellieri nomine pag. 31 tomi secundi operis *Memorie Enciclopediche Romane sulle belle Arti etc.* Romae apud Carolum Mordacchini: ex hoc elogio haec meis antea dictis adjiciam; Vitum Matheseos etiam fuisse peritum; saepe Caietanum Rapinum, celebrem Hydrostaticum eumComitem sibi voluisse ad paludes Pontinas, ut aquarum derivationem dirigeret, et antiqua monumenta ex aquis emersa illustraret. Ad Vitum pertinent elucidationes latinae picturarum Palatii Romani vulgo appellati *Farnesina*, quas incidit illustris incisor Obtavianus. Viti quoque sunt ingeniosae italice conjecturae, quibus exornatur Dissertatio eruditis. Joannis Cristophori Amaduzzi de Epulone Salio. Eruditissimum Belgam Laurentium Santenium non parum, ab eodem rogatus, juvit in illustrando Propertio, ut ipse Santenius fatetur in praeclara Propertii editione edita Trajecti ad Rhenum 1780 apud Bartholomaeum Wild. M SS. a me indicatis addit Cl. Cancellierius *Fragmenta Augusti* altero tanto majora, quam edita a Joanne Alberto Fabritio = *Dissertationes* in Hymnum Sancti Hilarii de Christo, qui extat in tomo quarto Anecdotorum Muratorii = *Illustrationes et Correctiones* antiquorum Poetarum Christianorum = Plurimas inscriptiones,quae extant publice Romae, Terracinae, et in Villa Altieri in urbe Albano. In Anthologia Romana tomo septimo pag. 382 extant duae ejusdem inscriptiones merito *Aureae* dictae ab Anthologiae Auctoribus: prima incipit: *Qua leni resonans prius susurro etc.* ad Pontem majorem in Pontinis: altera extra portam furni (forno) di Mesa in via Appia, et incipit: *Vilis, viator, usibusque vilibus etc.* Eodem tomo septimo pag. 339, extat inscriptio funebris in honorem Joannis Bap. Piranesi, quam ejusd. Giovinazzi suspicor esse; nisi ad Morcellium pertinere dicamus. In tomo X. ejusdem Anthologiae pag. 327 extat perpulcra Viti funebris inscriptio in honorem Marci Benefialii Pictoris: quae insculpta quoque legitur ad Rotundam. In opere inscripto: *Nachricht von den Pontinischen Sumpfen und derem austrocknung mit einer genauen Charte derselben*, (Narratio de Paludibus Pomptinis, et earum siccatione una cum accurata earum tabula topographica.) Altonae impresso per Christianum Julium Bulow, sine anno: Auctore eruditissimo viro Georgio Christiano Adler exscribitur haec Giovinazzi elegantissima inscriptio.

Anno Salutis MDCCLXXXII.
Calendas Majas

Pomtina eRegioneSextus urbem - Dum redit Pius, (hac enim aemulatus - Augustum quoque parte, ferre aratrum - Quae remos tulerant prius paludes - Cogit Maximus, Optimusque Princeps) - Dignatus mihi villulae pusillae est - Honori dare, tautus ipse cum sit, - Ut diverteret huc meridiatum - parca ad lautia, rusticumque tectum. - Pro quo villula honore ego pusilla - Posthac pluris ero mihi, atque villas - Omnes vel minima (minina) una provocabo. Æmilius Hieron. F. Altierius Familiae Princeps nomine suo, et suorum. P. Reddenda quoque est Giovinazzio inscriptio sepulcralis in honorem Caroli Aloysii Mattei, quam a N. N. erudito viro deceptus Morcellio tribuf. Giovanazii memoriam immortalem reddere contendit ejus Discipulus Clar. Petrus Magnani vir multa

eruditione excultus edita eleganti inscriptione latina, quam legesis in Ephemeride Romana inscripta : *Diario Ordinario* (*Num.* 17) *in data de'26 Febraro* (1806). *In Roma presso il Cracas*.

* Katona Steph. = *HistoriamCriticam Regum Hungariae* continuavit usque ad Leopoldum secundum : hoc est usque ad 1792 ; quae continuatio simul cum 6 tomis primo suplemento laudatis tomos XXI. conficit : hic tomus XXI. editus est Budae typis Regiae Universitatis Hungaricae anno 1810.

Köszeghy Ladislaus Hungarus Szegedinensis n. 27 Jun. 1745, Soc. ac in Proviu. Austriae 18 Oct. 1765. Rhetoricam ac Poeticam docebat in Collegio Quinque-Ecclesiensi anno 1773. Extincta Societate post aliquot Ecclesiastica munera cum laude obita ad Sedem Episcopalem Csanadiensem in Hungaria fuit evectus, quam nunc (1816) prudentissime regit. Opera = *Litterae Pastorales*. Religiosissimo Antisti Joannes Fortunatus de Comitibus Zamboni Praelatus Romanus plurima eruditione perpolitus, et Academiae Religionis Catholicae Censor dicavit tomum V. Collectionis Declarationum Sacrae Congregationis Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum etc. Mutinae 1815.

* Lanzi Aloisius. In Antholog. Romana tomo XIII. pag. 422 extat inscriptio sepulcralis Antonio Saechinio, et in tomo XVII. pag. 361 alia Leopoldo II. et in tomo XVIII. a pag. 74 aliae Mariae Aloysiae Borboniae Imperatrici.

* Lazeri Petrus. De libris *Miscellaneorum ex m ss. libris Bibliothecae Collegii Romani etc.* quos diximus a Lazerio eruditissimis praefationibus fuisse illustratos, addendum illud est, epistolas graecas Theodori Prodromi extantes in primo tomo, Lazerium italice vertisse, latine vere fuisse redditas a quodam ejusdem amico, quem suspicor fuisse Michaelem Angelum Giacomelli, Praelatum Romanum eruditissimum.

* Llorente Mariano Gusta tribuit *Viaggio fuori di Spagna etc.* tom. II. in 8 : est versio operis Hispanici auctore Antonio Ponz.

* Lucchini Franciscum M. Gusta scribit Tipherni fuisse natum.

* Marti Bruno = *Lettera del Vescovo N. in Francia al Curdinal N. in Roma* : tacitis typographo, auctore, et loco : ex libello suplici Ducis Grimaldi Legati Hispanici ad Pium VI. qui extat in *Anecdoti interessanti* (Vide Borgo) ; ubi hujus Epistolae Bruno declaratur Auctor, locus Forolivium, et annus 1777. De Societate agitur.

Mazzari Josephus Belluni n. 19 Januarii 1728, Soc. ac. in Provin. Veneta 14 Oct. 1742, v. 4 nun. 2 Feb. 1761. Tradita Philosophia Theologiam docuit in Collegio Parmensi S. Rocchi, et in Collegio Ferrariensi. Foroliviensium Episcopo fuit a Theologicis, Canonicisque consiliis. Sardiniam cum aliis Jesuitis postulante Rege transmisit Scientiarum studiis instaurandis. Opera = *Odi scelte di Pindaro sui giorni* (errorem esse puto pro *giuochi*. Ludi quidem Olympici etc. a Pindaro celebrantur) *antichi della Grecia*. Sassari 1776 : ex Cl. Gusta = *Elogio di Jacopo Riccati*, Tarvisii 1812 : ex Catalogo (tacito nomine *Josephi*) Bibliopolae Antonii Fortunati Stella. Mediolani 1816. In Societatis extinctione florebant in Prov. Veneta Josephus Mazzari, et Joannes Franciscus : Quis eorum est Elogii Auctor ? Fortasse neuter. Est ne alius *Mazzari* nequaquam Societatis sodalis ?

Molina Joan. Ignatius in oppido Telca, sive Talca regni Chilensis n. 20 Jul. 1740, Soc. ac. in Prov. Chilensi 12 Nov. 1755, v. 4 n. 15 Aug. 1773. In otio italico Chilensis regni historiae illustrandae operam sedulo dedit, cujus fructus fuerunt, quae secuntur opera = *Saggio sulla Storia naturale del Chile* (specimen). Bononiae ex typog. S. Thomae Aquinatis 1782 in 8. Ait in praefatione editam antea fuisse synopsim historiae Chilensis, quam certum habeo illud esse ejusdem opusculum anonymum editum Bononiae 1776 inscri-

ptum *Compendio della storia geografica; naturale, e civile, del Regno del Chile*. Laudat etiam in praefatione *historiam Civilem* Chilensem m ss. Michaelis Olivares S. J. tom. duobus; et illam Philippi Vidaurre S. J. = *Saggio della Storia Civile del Chile* tom. II. ibid. 1787 in 8: in cujus fine Index extat Scriptorum de rebus Chilenis, in his laudantur Jesuitae Augustinus Alava m ss. Bernardus Bel m ss Aloysius Bertonio m ss. Joannes Chaparro: Petrus Garrote m ss. Josephus Garcia: Bernardus Halbertad m ss. Emmanuel Morales m ss. Didacus Rosales m ss. Gabriel Vega m ss. Haec duo Molinae specimina Hispanice eleganter reddidit, adnotationibus additis, ac Matriti edidit 1795 typis Sancha eruditissimus Eques, nunc Comes de Maule Nicolaus de la Cruz, et Bahamonde, quem Romae familiariter novi, et quem meorum laborum fautorem habeo. Dominus etiam Grivel gallice vertit, et edidit Parisiis apud Nee de la Rochelte titulo *Essai sur l'histoire naturelle de Chili*. Germanice quoque versa fuit titulo *Versuch Einer Naturgeschicte etc.* ut asserit doctissimus Paulus Mako in descriptione Provinciae Moxitarum Fran. Xaverii Eder. Eandem historiam novis Molina curis, et accessionibus iterum edidit Bononiae 1810, ut testatur, recentissima, admodumque erudita Ephemeris Mediolanensis inscripta *Biblioteca Italiana*, ossia *Giornale di letteratura etc.* anno primo, trimestre primo. Mediolani apud Antonium Fortunatum Stella 1816. Neque Molina noster adeo a Parnassi finibus peregrinabatur, quin aliquot et elegantes elegias de sibi restituta salute condiderit, quas Limae typis edidit.

* Muzzarelli = *Dissertation sur cette question* Le Souverain Pontife a-t-il le droit de priver un Eveque de son siege etc.? Parisiis 1809 typ. Societatis typographiae in 8.

Paintner Michael Antonius (nomen *Antonius* omittitur in Catalogis) Hungarus Sopronii n. 6 Sep. 1753, Soc. ac. in Prov. Austriae 17 Oct. 1769. In Collegio Graecensi Philosophiae addiscendae an. 1773 operam dabat in primum ann. Extincta Societate Praepositus fuit B. M. V. de Ratoth, et Aula Caesarea Viennensis illum sibi elegit a consiliis, et in tractu Jaurinensi constituit Regium Superiorem Studiorum Directorem. Op. = *Vitae, ac Scriptorum Georgii Pray Canonici Magno-Varadinensis succincta recensio*: extat sub initium operis inscripti *Syntagma Historicum de Sigillis Regum etc.* Budae typis, ac sumptibus Regiae Universitatis Pestanae 1805. In hac succincta recensione, quam mittit ad Stephanum Schoenvisner (de quo suo loco) non minus eleganti quam erudita, ait Michael se concinnare Bibliothecam Scriptorum Provinciae Austriae S. J. ex qua, si edita fuisset, innumerabiles maximasque hausissem utilitates.

* Pla Joachimus dum Centum cellas, neque aetati, neque suis fractis viribus consulens pervenit, quam mox navim ascensurus, ut in Hispaniam navigaret S. J. propagandae gratia, dissuria laethali oppresus, Romam reverti cogitur, in cujus Professorum S. J. domo paucos inter dies obiit 11 Oct. 1816.

* Pray Georgius. Ejus vitam breviter, sed eleganter adumbravit Cl. Michael Paitner; ex qua ampliora reddam, quae de Prayo dixi in primo Suppl. Ortum Prayus habuit Ersek-Ujuarini Nitriensis Provinciae oppido 11 Jan. 1723, Soc. ac. 14 Oct. 1740, v. 4 nunc. 2 Feb. 1758 Primis 400 florenis annuis ab M. Theresia Augusta donatis alios 400 etiam annuos Princeps Kaunitz adjecit. Leopoldus secundus opulento Sacerdotio apud Magno-Varadinense Vener. Capitulum honestavit; quod illum misit ad Regni Comitia, Cleri dignitatem, et Religionem Catholicam defensurum. Imperator Franciscus secundus Prayum constituit Abbatem infulatum B. M. V. de Tormova. Catharina denique Augusta Rossiacorum Autocratrix numisma aureum dono dedit 33 ducatos grave. Obiit Pesti 23 Sep. 1801. Pestina Universitas suo

praeclarissimo Socio solemnia justa persolvit, laudationem funebrem dicente Illustriss. Abbate Leopoldo L. B. a Schaffrath Canonico Vacieosi eximio Oratore, quae typis data fuit, et imposito ab Abbate Georgio Aloysio Szerdahelyi (de quo suo loco) hoc epitaphio: *Historiam Hungariae lacrymantem cernis; in urna hac = Pray jacet, Historici gloria prima chori = Ille annis gravior, quod erat mortale reliquit; = Sed fama in toto, qua patet, orbe viget*. En editarum, et non editarum lucubrationum Pray integrum indicem a Cl. Michaele Paitner confectum = Libri editi = *De institutione ac venatu Falconum* libri II. Tyrnaviae 1749 in 8 = *Annales Veteres Hunnorum, Avarum, et Hungarorum* ab anno 220 ante Christum ad 997 post Christi ortum. Vindobonae 1761 in fol. et dicantur Mariae Theresiae Imperatrici = *Epistola responsoria ad Dissertationem apologeticam Josephi Innocentii Desericii etc.* Tyrnaviae 1762 in 8 = *Annales Regum Hungariae ab anno C. 997 ad an.* 1564: Pars prima a Divo Stephano, usq. ad Carolum primum Robertum. Vindobonae 1763 in fol. Dicatur Mariae Theresiae = *Pars secunda a Carolo primo Roberto ad Wladislaum primum*: ibidem 1764 = *Supplementum ad Annales veteres Hunnorum etc.* Tyrnaviae 1764 in 8 maj. = *Annales Regum Hungariae Pars tertia ab Wladislao ad Matthiae Corvini coronationem*. Vindobonae 1766 in fol. Dicatur Josepho secundo Imperatori = *Pars quarta a Coronatione Matthiae Corvini ad Ludovicum secundum*: ibid. 1767 Dicatur Mariae Theresiae Imperatrici = *Eucharisticon Carmen .... Benedicto Saigho Ord. S. Benedicti ... dum vota sua Deo solemni ritu secundum profiteretur*. Tyrnaviae in fol. 1767 = *Epistola responsoria ad partem primam Dissertationum Benedicti Cettonis etc.* Tyrnaviae 1768 in 8 = *Annales Regum Hungariae. Pars quinta ab Ludovico secundo ad Maximilianum secundum*. Vindobonae 1770 in fol. = *Vita S. Elisabethae Vid. necnon B. Margaritae Virg. etc.* Tyrnaviae 1770 in 8. Dicatur Mariae Christinae Archiducissae Austriae = *Dissertatio Historico-Critica de sacra dextera D. Stephani primi Hungariae Regis*. Vindobonae 1771 in 4: addita *vita S. Stephani auctore Chartuitio Episcopo*; notisque illustrata. Dicatur a Prayo Augustae Mariae Theresiae = *Dissertatio historico Critica de Prioratu Auranae*. Vindob. 1773 in 4 = *Dissertatio historico-critica de S. Ladislao Rege*. Posonii 1774 in 4 = *Dissertationes historico-criticae de Sanctis Salomone Rege, et Hemerico Duce Hungariae*: ibid. omnino = *Specimen Hierarchiae, complectens seriem chronologicam Archiepiscoporum, et Episcoporum Hungariae .... Pars prima de Archiepiscopatu Strigoniensi, e. ejus Suffraganeis*: ibid. 1776 = *Diatribe in Dissertationem historico-criticam de S. Ladislao. Hungariae Rege ... ab Antonio Ganoczy .... conscriptam etc.* ibid. 1777 = *Specimen Hierarchiae Hungaricae. Pars secunda de Archiepiscopatu Colocensi, et ejus Suffraganeis etc.*: ibid. 1779 = *Index rariorum librorum Bibliothecae Universitatis Regiae Budensis. Pars prima*: Budae 178: *Pars secunda* cum Supplem. *par. primae*: ibid. dicantur Mariae Theresiae Augustae = *Jacobo Mariosa* (Neapolit. e S. J. olim, de in Coloc. Bibl.) *Italiam repetenti Propem'icom*. Coclociae 1781 in 8: inscio Auctore typis datum = *Imposturae 218 in Dissertatione .... Benedicti Cetto ... de Sinensium imposturis detectae, et convulsae. Accedunt Epistolae anecdotae R. P. Augustini e Comitibus Hallerstein ex China scriptae*. Budae 1781 in 8 = *Herrn Gideon Szolga Anmerkungen über Herrn P. I. S.* (Sultzer) *litteralische Reise, in weit sie Ungerland betrift*. S. J. in 8 an. 1783: cum Notis Clar. Car. Theoph Windisch, Urbis Posoniensis olim Consulis (Annotationes in litterariam Sultzeri peregrinationem comparate ad ejusdem in Hungaria commorationem) = *Georgii Pray, Stephani Katona, et Danielis Cornides Epistolae Exegeticae in disputationem Antonii Ganotzy cum appendicula*. Pestini 1784 in 8 = *Taurica*

Juri Rustico a Catharinâ secunda Autocratrice bello, et pace asserta, Poemation e Bibliotheca Regiae Universitatis Pestiensis. Pestini 1787 in 4. Ob hoc poemation eruditissimis notis a Prayo exornatum, et ab Academia Scientiarum Petropolitana Augustae Catharinae oblatum, Eadem Prayum donavit numismate aureo tantum facinus exprimente; de quo imperiali dono ita Prayo elegantissimus Michael Denis fuit gratulatus: *Tauricam Catharina Chersonesum = Turcis eripuit, Maroniano = Quod tu cum celebras versu, = Pro versu tibi dat Maroniano = Auream Catharina Chersonesum*. Reliqua persequamur doctissimi Prayi opera = *Tauranum auspiciis Josephi secundi Aug. recuperatum*. Poemation. Pestini 1789 in 4 = *Epistola ad Benedictum Cetto, in qua novae hujus in rebus Sinicis imposturae deteguntur. Accedit Historia Controversiarum de ritibus Sinicis ab earum origine ad finem, compendio deducta*: Ibid. 1789 in 8 = *Reflexiones super declaratione sincera, christiana, et patriotica civis HungariCatholici ad quaestionem*: An sic dicta apostasia inter delicta sit refenda? 1790 in 8 tacito auctoris nomine = *Ad Amicum Augustanae Confessionis Amici Catholici de Viennensi, et Lincensi pacificatione Epistolae tres* 1790 in 8 = *Animadversiones in libellum, cui titulus*: Sola salvifica ad trutinam rationis, et revelationis expensa ad rectum revelationis, et rationis usum exactae 1790 in 8 = *Ad auctorem nullitatis animadversionum in libellum, cui titulus* Sola salvifica ad trutinam rationis etc. *Epistolae tres familiares*. Pestini 1791 in 8 = *Geschichte der Streitigkeiten uber die Chinesischen Gebrauche worinn ihr Ursprung, Portgang, und Ende in drey Buchern vorgestellt*: Augustae Vind. vol. primum et secundum 1791: Volumen tertium 1792 in 8 (Historia controversiarum de ritibus Sinensibus in qua explicantur tribus libris earum origo, progressus, et finis) = *Commentatio historica de vetere Reginas Hungariae coronandi more ... conscripta ab L. C. M. V. C. P. G.* (Ecclesiae Cathedralis Magno-Varad. Canonico Pray Georgio) 1792 = *Posthumae memoriae Pauli Mako G. A. C. A. P.* (Georgius Amicus Carissimo Amico posuit, seu parentavit) Pestini 1793 in 8 = *Historia Regum Hungariae stirpit Austriacae*. Budae 1799 in 8 = *Des Herrn Hoszuvary* (fictum nomen) *Anwort auf die recension der Jenaischen allgemeinem Litteratur-Zeitung Nr.* 279 *den* 31 *Jul.* 1800: *uber das Buch*: Historia Regum Hungariae stripis Austriacae. Viennae 1801 in 8 (Domini Hoszuvary responsio judicio Ephemeridis litterariae universalis Jenensis: numero 279, die 31 Julii 1800 de *Historia Regum Hungariae stirpis Austriacae* = *Historia Regum Hungariae cum notitiis praeviis ad cognoscendum veterem Regni statum pertinentibus opera, et studio G. P. etc.* tom. III. in 8. Budae typis, et sumpt. Universitatis Pestinae 1801. Dicatur Franc. secundo Imperatori = *De sigillis Regum, et Reginarum Hungariae, pluribusque aliis Syntagma historicum etc.* Budae 1805 in 4. Hactenus libri editi. Manuscripta Prayi opera Serenissimus Princeps Regius Josephus Archidux Palatinus in sua lectissima Bibliotheca collocavit; et sunt sequentia = *Acta Comitiorum Regni Hungariae* annorum 1524: 25, et 26 in 4 = *Acta Comitiorum Soproniensium* anni 1681 in 4 = *Acta Diaetalia, quae in Diario Diaetae anni* 1790, *et* 91 *Budae primum, postea Posonii celebratae* = *Bethlenii Gabrielis Principatus Transylvaniae Coaevis documentis illustratus. Tomus primus complectens documenta ab anno* 1612 *ad* 1624. *Tomus secundus complectens documenta ab anno* 1624 *ad* 1631 in 4 = *Epistolae Procerum Regni Hungariae ... ab anno* 1490 *ad* 1708 = *Epistolae Legatorum Galliae, Constantinopoli residentium ab an.* 1538 *ad* 1558 *datae* = *Epitome rerum sub Josepho secundo, Leopoldo secundo, et Francisco secundo, Regibus Hungariae gestarum, Auctore G. P. C. M. W.* (Georgio Pray, Canonico Magno Waradinensi) = *Commentatio brevis de initio, et progressu comi-*

tiorum Regni Hungariae, a G. Pray = *Conspectus historiae Statisticae Regni Hungariae, et Provinciarum adnexarum* = *Diplomatica in usum Scholarum Universitatis Pestiensis* a Georgio Pray conscripta 1785 = *Fluminensem Urbem cum suo Territorio ad jus Regni Hungariae, non item ad Carnioliam pertinere, diplomaticis observationibus jussu Excelsi Consilii Regii Hungarici deduxit* G. P. 1792 = *Miscellaneorum* tomi II. ex quibus exscribo tantum, quorum Prayus, ut videtur mihi, non Collector, sed Auctor idem fuit: nempe = *Epicrisis mea in libellum*: Dissertatio politico - publica de Regiae potestatis in Hungaria limitibus 1791 = *Extractus legum de Statu Ecclesiastico Catholico in Hungaria latarum, anno* 1792 *factus* = *Janocziana, seu Elenchus virorum doctorum; qui olim ex Academia Cracoviensi prodierunt, inter quos sunt complures Hungari* = *Brevis biographia Antonii Verantii, Strigoniensis Archiepiscopi, ejusque gestorum, et operum recensio* = *Banderia Ecclesiasticorum in Hungaria, quo numero constituta fuerint* = *Proventus regii sub Ludovico secundo* = *Reflexiones aliquot ad nonnulla gravamina, et postulata Angeli pacis de veteri languore Regni Hungariae salvo aliorum judicio conscriptae ab A. B. C.* 1790. Sub his primis Alphabeti elementis Prayus latere voluit.

FINIS.

INDEX AUCTORUM

Duplici nomine; et operum anonymorum, quae duobus hisce supplementis continentur. Quae litteris currentibus, et inclinatis scribuntur, adeunda sunt; qua ratione complentur in Praefatione promissa.

nuitatis lege : *Boscovich* . De inaequalitate gravitatis in diversis terrae locis: *Boscovich* . De lege virium in natura existentium: *Boscovich* . De Lentibus, et telescopiis dioptricis: *Boscovich* . De Lunae atmosphaera : *Boscovich* . De motu gravium rectilineo : *Asclepi* . De viribus vivis: *Boscovich* . Dell' importanza : *Adorno* . Della condotta tenuta dal Papa : *Barruel* . Della religiosa perfezione : *Perotes* . Denunzia solenne : *Zaccaria* . Des Herrn Hosznvary Anwort . *Pray Georgius* . Diccionario storico portatile : *Zaccaria* . Dictionaire historique : *Feller* . Difesa della Storia letteraria : *Zaccaria* . Diosdado Caballero : *Caballero* . Discorso delle persecuzioni : *Zaccaria* . Disquisitio in causam physicam : *Gil* . Dissertatio Antiblasiana : *Guevara Josephus* . Dissertatio de viribus repulsivis : *Gil* . Dissertatio juridico - Canonica de Sponsalibus Academicorum : *Zech* . Dissertatio Polemica de jure Regaliae : *Faure* . Divozione all'Arcangelo Raffaele : *Macciucca* . Dodici dubbii da proporsi : *Roberti Franciscus* . Dottrine false ed erronee : *Zaccaria* . Dubbj critico theologici : *Gusta Franciscus* . Dubii intorno alla santificazione delle Feste : *Garulli* .

E

E. C. M. V. C. P. G : *Pray* . Eclaircissement sur la tolerance : *Doyar* . Elementi di geometria : *Benvenuti* . Enciclica del R. P. Priore : *Mar - Egan* . Enfant L : *L'Enfant* . Epicrisis censurae Lipsiensis : *Khell Josephus* . Episcopus institutus : *Zaccaria* . Esame critico sopra alcuni punti : *Brignole* . Esami due storico-critici : *Zaccaria* . Esame teologico del Voto : *Marinovich* . Esercitazione Matematica : *Luino Franciscus* . Espigua : *Espinha* . Estratto del processo : *Cordara* . Examen impartial des Epoques : *Feller* .

F

F. M. S : *Salvatori* . F. X. de F : *Feller* . Fabulas de Fedro : *Idiaquez* . Fasti della rivoluzione Francese : *Thiulen* . Filalete Roberto : *Brenna* . Filopatro : *Montengon* , et *Palazuelo* . Flexier de Reval : *Feller* . Florideno Acrocorinto : *Rubbi* . Fontio a Valle Ausetana : *Prat de Saba* . Frey : *Neuville* .

G

G : *Grou* . G. A. C. A. P : *Pray* . G. F : *Bartoli Vincentius* . G. P : *Pray* . G. P. C. M. W : *Pray* . Gaetano da Brescia : *Fuensalida* . Gallisa : *Costa* . Geschichte der Streitigkeiten : *Pray* . Gian Jac. Rousseau accusatore : *Muzzarelli* . Giorgio Alexander : *Zorzi* . Gysmann : *Gusmann* . Gosciechi Franciscus : *Nagurczewski* . Grisei : *Bartoli Vincentius* . Guesmann : *Gysmann* , et *Gusmann* .

I

J. C : *Cardiel Josephus* . I miei dubbj : *Bartoli Vincentius* . Jac. Tirini ..... commentarius : *Zaccaria* . Il buon raziocinio : *Cordara* . Il Carnevale santificato : *Muzzarelli* . Il Cattolico Romano : *Brignole* . Il diritto , ed il fatto : *Matteis* . Il divoto del SS. Sacramento : *Lanzi* . Il Giovinetto Serafico : *Matteis* . Il vero Spirito dei novi discepoli di S. Agostino : *Porzia* . Imene Auguratore : *Masdeu Joan. Franc.* In Arnaldi librum : *Faure* . Inscripti honores Jos. Garampio : *Silva* . Josephi ... Cardinalis de Mendoza : *Furtado* . Josephus Anton. Rasier : *Fuensalida* . Josephus Ludovicus : *Vallarta* . Journal historique , et litteraire : *Feller* . Instituzione antiquario - lapidaria : *Zaccaria* . Instituzione antiquario - numismatica : *Zaccaria* . Institutiones compendiariae ad linguam Graecam : *Gol-*

L

M

latayud. Mondina Vincentius: *Salvatori*. Musoles Philippus: *Serrano Thomas*.

N

Natalis Alex. Historia: *Zaccaria*. Neuhaus: *Podavon*. Nicander Jasseus: *Azevedo*. Nivildus Aphronius: *Cordara*. Notice sur la vie ... de Feller: *De Saive*. Novena in onore del B. Fran. di Geronimo: *Perelli*. Novena in preparazione della Festa del S. Cuor di Gesù: *Borgo*. Numenius Anigreus: *Boscovich Rog. Josephus*. Nuova conferma delle osservazioni: *Zaccaria*. Nuovo effemerologio: *Zaccaria*. Nuova raccolta di 39 documenti: *Zaccaria*.

O

Opuscoli due da aggiungersi: *Zaccaria*. Osservazione quinta di un Religioso della Compagnia di Gesù: *Oderico*. Osservazioni di un Professore di Camerino: *Ludenna*. Osservazioni istorico-geografiche: *Zaccaria*. Osservazioni sopra i primi cinque Capitoli: *Zaccaria*.

P

P. G. A: *Asclepi Josephus*. P. J. D: *Doyar*. Palma Jos. Marianus: *Vallarta*. Pando Steph: *Terreros*. Panduro Laurentius Hervas: *Hervas*. Panemus Cisseus: *Cordara*. Parthenius Marianus Josephus: *Mazzolari Josephus Maria*. Perelao Megarides: *Cunich*. Perpenna: *Perpiña*, et *Perpignà*, et *Nuix*. Petit Careme: *Reyre*. Petassonio: *Boasi*. Philaereto Ignatius: *Pou*. Philocardius: *Lagomarsini*. Piñatelli: *Pignatelli*. Piissima praxis in honorem D. Ignatii: *Panizzoni*. Pinatius: *Pinazzo*. Pistofilo Romano: *Zaccaria*. Poncius Julianus: *Vallarta*. Ponsius: *Pons*. Posterla: *Pusterla*. Praticas espirituales: *Idiaquez*. Predica domestica: *Bono Michael del*. Praelectiones Theologicae: *Zaccaria*. Prones nouveaux en forme: *Reyre*.

Q

Querbeuf Ivo: *Neuville Carolus Frey*. Quintus Moderatus Censorinus: *Aymerich*.

R

R. D. C: *Caballero Raymundus Diosdado*. R. P. Jaco. Tiri. Comment: *Zaccaria*. R. P. Natalis Alexan. Historia: *Zaccaria*. Joannis Stephan. Menochii commentarj: *Zaccaria*. Raccolta di opuscoli interessanti: *Brignole*. Ragionamento apologetico ... dell'architettura: *Oderico*. Raggionamento sulla divozione al SS. Cuor di Maria: *Lanzi*. Ragguaglio istorico della vita del P. Mastrilli: *Ambrogi*. Rambildius Hippocrenius: *Lombardi Hieronymus*. Ratio tradendae Philosophiae: *Gravina Jos. Maria*. Realtà del progetto filosofico: *Casseda*. Reflexiones super declaratione sincera: *Pray*. Regolamenti dell' Accademia: *Matciacca*. Relazione autentica: *Aymerich*. Relazione istorica, e teologica del Bajanismo: *Faure*. Remarques sur un ecrite intitulé Compté rendu: *Griffet Henricus*. Rendete a Cesare: *Zaccaria*. Reval Flexier de: *Feller*. Rihowey: *Nagurczewski*.
Riflessioni di un Professore di Camerino: *Ludenna*. Riflessioni proposte ai peccatori più rozzi: *Salvatori*. Riforma del Alcorano: *Gusta*. Risposta al Sig. Ab. Paolo Marcello: *Marinovich*. Risposta alla censura fatta alle Canzonette: *Luna*. Risposta di Fra ... Laico ... scopatore: *Cordara*. Ritrattazione solenne: *Faure*. Rocher: *Guerin de Rocher*. Rosoy du: *Du Rosoy*. Rosterre: *Terreros*. Rudnicki: *Nagurczewski*. Ruidarpe Etolio: *Rigord Aloysius*.

S

S. C. S. I: *Cabral Stephanus*. Saba: *Prat de Saba*. Sacra Novena ... di S. ig.

ERRATORUM CORRECTIO.

Errata quae Lectori negotium facessere possint, sic corrigantur, omissis levioribus quae facile quisque corriget.

Primum Supplementum.

Pagina 3 *Postcrastinationes*. pag. 4 *Hos ... omnes*. pag. 11 *antiquius ... errores*. pag. 12 *praefationem ... supplementum*. pag. 24 *Camberiense*. pag. 60 *Heidelbergae*. pag. 71 *Regulus*. pag. 75 *Legionensis*. pag. 76 *exhortationes*. pag. 77 1795 ... *abripuimus*. pag. 78 *Gnomonica*. pag. 81 *ille*. pag. 91 *decursos ... Contiaci ... Catholik Church ...* 1754. pag. 92 *ex* deletur. pag. 96 1807 ... *quarto*. pag. 98 *modica ... urbe ... abscondit*. pag. 109 *qua*. pag. 101 *Trentecampus Bollandianus quoque fuit: de eodem mentio fit in tomo quarto Septembris, et in quo extant aliquot Sanctorum Vitae ab eo conscriptae. Cum mos apud Bollandianos obtineat nominari semper in cujusque tomi fronte auctores illius tomi; et cum nusquam frontium legissem Trentecampum; ideo asserui neutiquam fuisse a me repertum*. pag. 123 *annos* 30 ... 10 *Kal.*. pag. 118 *adoptatus*. pag. 128 *cooptarunt*. pag. 131 *conclusionum*. pag. 158 *physica*. pag. 159 *subjiciendum*. pag. 160 *virtutes*. pag. 179 *sopra*. pag. 184 *aliis*. pag. 210 *Moutard* 1774. pag. 237 *Randocilliers*. pag. 239 *Ignatii*. pag. 260 *Valerianarum*. pag. 273 *cum illo*. pag. 276 *Ferrariae* 1790 et *P* deletur. pag. 279 *Athanasio*.

Supplementum Secundum.

Pag. 7 *immortali*. pag. 8 *por*. pag. 11 *dissertationes*. pag. 24 *Cavinam ... Civium*. pag. 25 *Dominicum*. pag. 27 *Sagittarii*. pag. 44 *regulam*. pag. 45 *hanc*. pag. 52 *automata*. pag. 68 *quae*. pag. 69 *quae penes ... duodecimae*. pag. 72 *theologicis*. pag. 77 *sic*. pag. 78 *auscultatore*. pag. 79 *Litterae*. pag. 80 *probaverat*. pag. 87 *sua*. pag. 88 *hebraicae*. pag. 98 *consanguineus*. pag. 108 *illae*. pag. 113 *et*. pag. 114 *Cardinali*.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

Candidus Maria Frattini Archiepiscopus Philippensis Vicesgerens.

APPROBATIO

Jussu Rm̃i Patris Magistri Sacri Palatii Apostolici attente perlegi *Bibliothecae Scriptorum S. J. Supplementa* concinnata a Cl. V. Raymundo Diosdado Caballero Sacerdote; nihilque in his offendi Sanctae Religioni, bonisque moribus non consentaneum; opus sane eleganter, et non sine improbo labore conscriptum. Est illud profecto mirandum, quod ex destructa Societate tot prodierint, qui ejusdem fuerant Sodales, Scriptores illustres de universa litteratura benemerentissimi. Quapropter ex intimo Animo gratulandum immortali PIO VII. de Societate a se invicam restituta, in maximum Religionis, atque Scientiarum profectum: unde strenuos, perennesque earumdem Cultores etiam in posterum exorituros speramus. Hoc itaque opus praelo dignum existimo.

Datum ex Conventu S. Mariae Supra Minervam die 3. Novembris 1816.

F. Joseph Faraldi Ord. Praed. Sac. Theol. Magister, atque Congregationis Indicis Consultor.

IMPRIMATUR

Fr. Philippus Anfossi Ordinis Praedicatorum Sacri Palatii Apostolici Magister.